nit ꝙ de mādato iudicis facta ſit citatõ Et h̄
ponit ꝓpter malos nūcios qui ſine mādato
vocāt interdū. Et ꝓpter h̄ ꝙ dicit Io. an. in
addi. ſpe. in loco ſtatim alle. Et reꝓbat qḋ
in multis foꝛis ſeruaṫ. ꝙ ꝓ̄ceptū nūcio factū
de citādo nõ ſcribiṫ. Sed qn̄ ſcribiṫ relatio ci
tationis dꝛ ſic. Retulit talis nūcius ſe de mā
dato iudicis citaſſe talē ⁊c̄. Cū tn̄ ipſiꝰ offici
um nõ ſit circa mandatū. ſꝫ circa executionē
mādati. Scribat ergo notariꝰ in act̄. quõ ta
lis iudex ꝯſtituit talē nunciū ſuū ad citatões
in tali cauſa faciēdas. q̄ nūcius iurauit coꝛ-
poraliṫ tacto euāgelio ſancto omnes amba-
ſiatas ⁊ citatões in ea cauſa ſibi ꝑ iudicē im-
poſitas ⁊ ꝑ ipm̄ iudicē imponēdas fideliter
facere ⁊ referre. Et ibi etiā ipſe Io. an. ī addi.
in iſto dubio. An credaṫ nūcio etiā publico
⁊ iurato ſuꝑ citatõibꝰ. Vel an potiꝰ ſtandū
ſit iuramēto ꝑtis volētis iurare ſe nõ citatū
recitat diuerſas opiniones qḋ ſentiant circa
hoc doctoꝛes ⁊ practici. Hoſti. in ſum. rubꝛ.
de ꝯtuma. §. ij. v̓. qḋ ſi abſens. tenet finaliter ꝙ
h̄ eſt relinquendū arbitrio iudicis q̄ ꝑſona-
rū ⁊ negocij q̄litate ꝑēſatis vel credat nūcio
vel negāti ſe citatū iuramentū deferat ad ſui
innocētiā oñdendā. Et h̄ placet Io. an. ī ad
di. vbi ṡ. ꝓpter grāue ꝑiculū qḋ imineret ꝓbo
viro nõ citato ex dicto vilis ribaldi. nõ tn̄ eſt
h̄ ſic arbitrariū ſicut illud. de q̄ in. c. ꝯſuluit. ḋ
offi. dele. de q̄ nõ licet q̄relari. Vn̄ ſi iudex h̄
caſu male arbitraret ꝓpṫ grauamē ꝑ̄t appel-
lari. qꝛ videmꝰ qn̄qꝫ peſſimos iudices ſicut
⁊ nūcios. Qn̄ võ citatio fit ꝑ lr̄as ꝓbaṫ fctā
citatio h̄ ipſo ꝙ citatoꝛ remittit lr̄ām citatõis
ſeu ꝯmiſſionis ſibi facte apponēdo ibi ſigillū

ſuum.⁊ h̄ habet generalis ꝯſuetudo.ita no.
ꝑ Hoſti.in.c.q̄niã.de pba. Tamē meli⁹ eſt ꝙ
ꝑ litteras ſuas reſcribat diē ⁊ formã ſue cita/
tionis facte.maxime q̄ñ fit citatio vt die.x.vł
xij.cōpareat ⁊c. Qualiť aũt debeat citari ca/
pitulũ no.in.c.bone.j.de elec.q᷑ ipſum capłm
capitularıť aggrauatũ citari dꝫ ſi pōt repiri
Si nō poteſt repiri ꝯuocari.vel ſi nolũt ag/
gregari.tũc faciat homo qđ poteſt. Vñ citeť
publice in eccłia.vt ibi dꝛ in glo.q̄ incipit. Et
ſic citeť et ſingłi ñ tã q̄ꝫ ſingłi.ſꝫ tã q̄ꝫ illi ex q̄b⁹
ꝯſtituũť capłm ⁊ q̄ vna cũ alijs faciũt capłm
alˀs citatio nō valeret.q᷑ cauſa capituli non
eſt cauſa ſinguloꝝ.vel ecōuerſo.xij.q.ij.q̄ ma
numittiť. Et no.in.c.bone.iam alleḡ. Facta
igiť citatione ſi fit ꝑ nunciũ redeat nũci⁹ ad
iudicē.referēdo ſibi in p̄ſentia tabellionis q̄/
liter vbi ⁊ q̄ñ ⁊ ad q̄d reũ citauit. Et iſta nũ/
cij relatio eſt in acť.ſcribēda. Et poteſt ſic ſcri
bere tabellio. Anno dñi ⁊c.die tali coram ta/
li iudice ⁊ mei notarij p̄ſentia talis nũcius re
tulit ſe citaſſe talē inuentũ ⁊ pſonaliť apprehē
ſum.vel ſi nō fuit apprehēſus retulit ſe dixiſſe
ꝓcuratori tali vł familie ſue ꝙ die tali.tali ho
ra cōpareret corã p̄dicto dño iudice ad ꝓce/
dendũ ⁊ ad ꝓcedi videndũ in tali cauſa q̄ ver
titur inter ipm ⁊ talē ſuꝑ tali re.vel ad iuran
dũ vel ad iurare videndũ de calũnia. vel ad
videndũ iurare teſtes ⁊c. Ille vō cui cōmitti
tur citatio faciēda ꝑ lrãs ſolet in cedula affi/
xa citatione vel in ipſa citatōis carta a tergo
ſcribere ſub hac forma. Ego N.plebanus
vel rector talis eccłie talē ſm formã preſentis
mãdati vel citatōis citaui tali die vt tali die
cōpareat corã tali iudice in cã tali ꝑ ſe vł per
ꝓcuratorē.iuxta p̄ſentiũ lrãꝝ ꝯtinentiã et te/
norē.vel recognoſco me lrãs p̄ſentes tali die
vel tali publicaſſe ⁊ intimaſſe ⁊ eſſe fideliť exe
cutũ ipſum citãdo.ꝓut recepi in mandatis.
In cui⁹ teſtimoniũ ſigillũ meũ p̄ñtibus eſt
appēſum. Utrũ aũt ordinari⁹ poſſit citare ſb
ditũ ſuũ extra iuriſdictionē ſuã ꝑ nunciũ vel
lrãs.le.⁊ no.ꝙ ſic in.c.romana.in.§.ꝯtrahen/
tes.de fo.cōpe.li.vj. Quia igiť citat⁹ ſic ꝑ iu/
dicē ⁊ de ipſi⁹ mãdato debet in termīo coraꝫ
ipſo iudice cōparere. Et h̄ ſi eſt iudex ordina
rius ſu⁹ iſte q̄ citat ſeu citare mãdat vel dele/
gatus.⁊ h̄ exꝓmiť in citatiōe.vt ſ̄ dictum eſt.
Vel ſi etiã nō eſt ſu⁹ ꝓpri⁹ iudex ordinarius
habet tñ alˀs iuriſdictionē ordinariã.⁊ ī cita/
tione exꝓmiť talis cauſa.q̄ ſi vā eſſet deberet
corã eo rñdere.ſcꝫ q᷑ dicit eũ ꝯtraxiſſe vel deli
quiſſe in terra q̄ eſt ſcꝫ de iuriſdictiōe citãtis.
de quo plene ꝑ doc.in.c.ij.de dila. Alˀs ſi non
cōpareret ꝯtumax reputareť. Si vō citatio
eſſet talis q̄ nō artaret ad veniendũ.⁊ ꝑ cōſe/
quens nō inferret ꝯtumaciã.ſicut eſt citatio
temeraria q̄ citatũ nō artat.vt in.c.bone.ij.ď
elec.ꝯcorď.cle.paſtoralˀ.de re iudi.v̄.notoriuꝫ
q̄ppe. Et nōnulli ſunt caſus in q̄bus citatus
venire nō teneť.de q̄b⁹ in glo.notabili.i.c.ve/
niens.de accu.⁊ ibi ꝑ Jo.an.ſuꝑ ea. Et ſolet
de h̄ tradi vna generalˀ regula in.c.ij.de dila.
videlicet ꝙ vbicũqꝫ in citatōe poniť aliquid
iniuſtũ vł inhoneſtũ.vel tale ꝙ certũ eſt cita
to cōpetere exceptionē declamatoriã iudicij.
Ut ſi citať ſpoliat⁹ ꝙ rñdeat ſpoliatori ī cau
ſa ciuili.vł aliter ī cauſa crimīali.vel militi al
terius negocia ꝓcurãti.ex q̄ talis error exꝓi/
miť in citatōe ire nō teneť citat⁹. Et idē ſi alˀs
eſt notoriũ ſm aliq̄s.de q̄ dicendũ vt ibi. Ali
qui tñ diſtinguunt.q᷑ aut ipſo iure deficit iu
riſdictio citantis.vt ſi laicus clericũ citaret.et
tunc citat⁹ ſi iſtud eſt notoriũ venire non te/
netur.nec valet ꝓceſſus cōtra eũ.aut ope exce
ptionis poteſt citat⁹ ſe ſubtrahere a iuriſdi/
ctione citãtis.⁊ tũc teneť ſe ſubtrahere ⁊ com
parere ⁊ excipe.alˀs tenebit ꝓceſſus ꝯtra euꝫ.
de quo ꝑ Jo.an.in addi.ſpe.de cita.§.j. Con/
tumax eſt q̄ trinis edictiſ vł vno ꝑemptorio
citat⁹ nō venit.vel venit ſed nō obedit.vel il/
licētiat⁹ recedit.extra de excel.p̄la.c.et litteris.
Ita diffinit Guil.in ſpe.de ꝯtu.§.j. Hoſti.in
ſum.diffinit ſic. Cōtumacia eſt erga iudiceꝫ
vel p̄latũ cōmiſſa inobediētia. Et diť cōmiſ/
ſa q᷑ ſp obediendũ eſt.de quo de tem.ordi.ad
aures.in glo.⁊ ſuꝑ ea. Et diuerſi ſunt modi
ꝯtumacie.de q̄ in.c.ij.de do.⁊ ꝯtu.in glo.⁊ ſu
per ea.in.c.quoniã frequenť.vt lit.nō ꝯteſta.
in.§.j. Quia ſi latitat vł impedit ne citatiō ad
eũ ꝑueniat.vel min⁹ inſtruct⁹ comparet ⁊c.
De quo etiã in ſpe.de ꝯtu.§.j. Itē ꝯtumacia
eſt multiplex. Aliqua eſt ꝯtumacia vā et vē.
que alˀs dꝛ euidens vel notoria.vt q̄ñ citatuſ

reſpondet ſe nō venturū.nec ꝙ tranſponet pe
dem.ij.q.vj.§.ſunt etiā quorū. Et an ſufficiat
hoc dicere extra iudiciū.quia ſi in iudicio di
ceret eſſʒ indubitatū. Et alias ſeptē dubia cir
ca hoc pulcre tractat Jo.an.in addit.ſpe.de
ꝯtuma.§.j. Secunda cōtumacia eſt vera ꝓ
ſumpta.vt quia apprehēſus eſt citatꝰ pſonali
ter.ſed nō venit in termino.l.ex ꝯſenſu.§.fi.ff.
de ap. Jſta dicit̄ vera eo reſpectu.qꝛ apprehē
ſus pſonaliter. Preſumpta tamē dicit̄.qꝛ in
nō veniēdo poteſt forte excuſari ꝓpter aliqͦd
impedimentū. Tertia ꝯtumacia eſt ficta vt
qa non eſt apprehēſus pſonaliter.ſed citatus
ad domū.de quo etiā in cle.vnica de do.⁊ cō
tuma.in glo.magna. Et valet iſta ſcire ꝓpt̄
ſequentia maxime ad iſtud.qa ꝑ contuma
cia obligat̄ ꝯtumax ad reſtitutionē expēſaꝝ.
C.de iudi.l.ſancimus. Sed qualitas p̄dicta
videlicet ſi eſt ꝯtumax euidens ſiue notoriꝰ
aggrauat̄ ex tali qualificatōe in duobꝰ Pri
mo in expēſis.nō dico reſtituēdis.ſed ꝑius re
ſtituēdis anteq̄ʒ abſoluet̄.de ſen.excō.venera
bilibus.§.ſecus.li.vj. Secūdo in eo ꝙ nō ha
bet beneficiū vel etiā redditꝰ vel ꝓuentus co
ram iudice.de quo ꝑ Jo.an.in addi.ſpe.vbi
ſupra. Si ergo actor eſt cōtumax punietur.
vt in.c.actor.de do.⁊ ꝯtu.li.vj.qꝛ ſoluit expen
ſas.⁊ cū hoc non admitteret̄ ad aliā citatiōʒ.
niſi cautionē faciat ꝙ velit de cetero fidelit̄ cō
parere.vt ibi. Poteſt tūc etiam reo inſtāte ⁊
docere volēte de iure ſuo ꝓcedi ad diffinitiōʒ
lit.non ꝯteſt.de quo in.ca.cauſam q̄.de do.⁊
ꝯtu.⁊ qualit̄ tūc ſit ꝓcedendū ⁊ in q̄bus cita
tionibus vocandꝰ ſit actor ꝯtumax.plene ꝑ
Jnno.⁊ alios in.c.j.vt lit.non cōteſt. Sʒ ſi re
us eſt cōtumax penas habet.qꝛ poteſt excōi
cari. Vel ſi talis eſt cauſa in qua poteſt fieri
miſſio.⁊ in qua ꝓcedi non poteſt lit.nō ꝯteſ.
Sed ſi eſt cauſa in qua ꝓcedi poteſt lit.non
cōteſt.ex priuilegio iuris vel hoīs.vt dicit ſu
pra in clemen.diſpēdioſam.de iudi.⁊ in cle.
ſepe de ver.ſig. Tunc procedi poteſt in p̄nci
pali ad receptionē teſtiū ⁊ ad diffinitiuā ſen
tentiam in penā contumacie rei. Jta tamen
ꝙ reus citetur ad ſingulos actus.de quo eti
am ſupra dixi. Et ſic conſeruatores dati vni
uerſitatibus ſtudioꝝ ꝛc.procedere poſſunt ī
principali ꝯtra cōtumacē cū de ſpēali man
dato p̄ncipis ꝓcedere debeāt ſūmarie ⁊ d̄ pla
no ꝛc. Poſſunt tamē ſi volunt contra reum
contumacē ꝓcedere ad excōmunicationē vl̄
miſſionē ſicut alius iudex. Termino igit̄ ci
tationis aduenient̄e actor compareat ꝑ ſe vl̄
per procuratorē eiuſ.ſi talis eſt cauſa in qua
conſtitui poteſt procurator cū litteris citato
rijs ⁊ faciat fidē iudici.de executione ſeu inſi
nuatione citationis facte reo ꝑ modū quem
predixi.accuſando contumaciā ⁊ abſentiaʒ
ipſius citati.petendo pronūciari eū et repu
tari contumacē.⁊ contra eū tanq̄ʒ contuma
cem ꝓcedi.vt.C.de iudic.properandū.§.⁊ ſi q̄
dem. Et notat̄ per Guil.in ſpe.de contuma.
§.ſequitur.⁊ de cōparitiōe.§.j. Et facit ſingu
la redigi ⁊ conſcribi in actis.de probat.quo
niam contra. Et iudex ꝓnunciabit ſeu repu
tabit eū contumacē.dicēdo. Talē ꝑ nos et d̄
mandato noſtro citatū in diē hodiernuʒ ad
inſtantiā talis ſuper re vel cauſa tali ⁊ ſuffi
cienter expectatū.nec ꝑ ſe nec ꝑ reſponſalem
comparere curantē ad petitionē et requiſitō
nem ipſius actoris vl̄ ſui procuratoris com
parentis.⁊ eiuſdē abſentis contumaciaʒ ac
cuſantis ⁊ petentis eundē per nos contuma
cem reputari.reputamus prout eſt merito
contumacem

¶ Et iuxta iſtam formā ſcribet etiā tabellio
ſcʒ Anno domini ꝛc.die tali.hora tali.coram
tali iudice comparuit talis actor vel tal̄ ipſi
us procurator.qui ꝓcu.mandatū ꝓcuratori
um cuiꝰ tenor inferiꝰ inſerit̄ ꝓduxit vna cū
litteris citatorijs ⁊ alijs litteris ſigillo tali ſi
gillatis.vel inſtrumētis ſuꝑ executionē cita
tionis eiuſdē confectis.quaꝝ tenor ſimiliter
infra continet̄. Et talis citati ⁊ non cōparen
tis contumaciā accuſauit.petens eū ꝑ ipſuʒ
iudicē pronunciari ⁊ reputari contumaceʒ.
⁊ ſibi decerni contra eū litteras oportunas.
quem diutius expectatū ipſe iudex cōtuma
cem reputauit.⁊ litteras contra ipſum decre
uit oportunas.nec eſt vis an ſic ſcribat tabel
lio in perſona ſua vel in pſona iudicis Jſto
modo talē nō comparentē diutiꝰ expectatū
reputamꝰ cōtumacē ꝛc.de quo de ꝯuer.con
iuga.dudū.de do.⁊ ꝯtu.c.j.⁊.ij. Et ita debet

actoꝛ cõparere ĩ termĩo corã iudice ⁊ ꝯtuma
ciã rei accuſare. Si ergo etiã actoꝛ nõ cõpet.
tũc fiet cõpẽſatio ꝯtumacie actoꝛis cũ contu
macia rei. vt no. de do. ⁊ ꝯtu. actoꝛ. lib. vj. Si
aũt reꝰ nõ cõpet ⁊ etiã iudex eſt abſens vel ĩ
peditꝰ. ita ꝙ ſi cõparuiſſet nõ fuiſſet ꝓceſſuȝ
in cã. an reputet̃ ꝯtumax ⁊ ꝯdẽnari debeat ĩ
expẽſis eſt glo. notabil. in. c. vlt̃. de do. ⁊ ꝯtu. ⁊
eſt glo. vlt̃. Et poteſt iudex a q̃ vult pena inci
pere. videlicȝ vl' ab excõicatõe. vel imiſſiõe. vt
in. c. tue. vt lit. nõ ꝯteſ. vt ibi no. Et dȝ altera a
ꝑncipio eſſe cõtentꝰ que magis timet̃. vt e. ti.
c. qm̃ã. §. vlt̃. in fi. Honeſtũ tñ eſſet vt a miſſi
one incipet̃. q2 ꝑus eſt recurrendũ ad res q̃ȝ
ad ꝑſonas. vt ibi no. Iudex ergo ꝓcedendo
ad miſſionẽ ꝯ ꝯtumacẽ in actõne reali. puta
ſuꝑ eq̃ vl' fundo Decernit actoꝛẽ mittẽdũ tũc
in poſſeſſionem rei petite cã cuſtodie. Et fiat
miſſio ꝑ h̃ v̓ba. Decernimꝰ ꝯſtituimꝰ l' mit
timꝰ vl' iubemꝰ te eẽ poſſeſſoꝛẽ talis rei cã cu
ſtodie. Et volumꝰ ꝙ tal' miſter noſter ponat
te actualit̃ in poſſeſſionẽ. ⁊ talẽ miſtꝛ dȝ dare
iudex vt h̃ impleat ⁊ ei referat qñ factum ſit.
Ita dicit In. in. c. j. de eo q̃ mit. in poſ. Et licȝ
In. ponit etiã ibi aliã miſſionis foꝛmaȝ. illa
tñ ibi placȝ Hoſti. ⁊ Ioh. an. ĩ nouella. Et ex
tali miſſione ex ꝑmo decreto actoꝛ erit poſſeſ
ſoꝛ rei. ſȝ cõmutabil'. ſic ꝙ ſi reꝰ venerit coꝛaȝ
iudice infra annũ. ⁊ cautionẽ ꝑſtet de ſtãdo
iuri ⁊ reſtituat expẽſas actoꝛi. ipe poſſeſſionẽ
recuꝑabit. vt ĩ. c. qm̃ã freq̃nt̃. §. in alijs. vt lit.
nõ ꝯteſ. Et dato ꝙ actoꝛ miſſus ꝑpt̃ potẽtiã
rei vl' cã doli nõ poſſit poſſeſſionẽ coꝛpalit̃ ad
adipiſci. adhuc iuris diſpoſitõe ĩtelligit̃ poſ
ſidere ad effectũ ꝑſcriptõis annual'. vt ĩ. c. cõ
tingit de do. ⁊ ꝯtu. Si v̓o reꝰ nõ venerit ĩfra
annũ ꝑſtãdo cautionẽ. vt dictũ ẽ reſtituẽdo
expẽſas. Actoꝛ etiã citra ſcd̃m decretũ ꝑ ãni
diſcurſum verꝰ erit poſſeſſoꝛ ſm̃ cõem opini
onẽ. vt in alle. §. in alijs. ⁊ ibi no. de do. ⁊ cõtu.
ꝯtingit. ⁊ reꝰ nõ audit̃ niſi ſuꝑ ꝓprietate illiꝰ
rei. Si aũt eſt actio ꝑſonal'. puta q2 agit̃ certi
ꝯdictiõe ex mutuo. ⁊ reꝰ ẽ ꝯtumax. mittet̃ ac
toꝛ ĩ poſſeſſionẽ reꝝ mobiliũ ꝯtumacis ſi ta
lia hȝ. Alioq̃n ĩ poſſeſſionẽ ĩmobiliũ ꝓ mõ ⁊
mẽſura debiti declarati ĩ libello actoꝛis. qđ
etiã hȝ declarare iuramẽto. Et an h̃ ſufficiat

vel req̃rat̃ ꝓbatio ꝑ teſtes vl' inſtrumẽta. tra
ctat Guil. in ſpe. de ꝯtu. §. ſeq̃t̃. v̓. Itẽ qđ dicit̃
de offi. iudi. §. vlt̃. ibi ꝑ Io. an. in addi. ſpe. ſu
per v̓. iij. dicendũ. ⁊ v̓. vj. q̃rendũ. Et vſq3 ad
q̃ntũ tps tũc audiet̃ reꝰ ſuꝑ illis rebꝰ ĩ quas
miſſio facta eſt. le. ⁊ no. vt lit. nõ ꝯteſ. qm̃aȝ. §.
vlti. in fi. ⁊ in glo. fi. ⁊ ſuꝑ ea. q2 audit̃ donec ĩ
terueniat ſcd̃m decretũ. Poſt ſcd̃m vero de
cretũ an ⁊ qñ audiat̃. refert an ꝑ ſecunduȝ de
cretũ ſit adiudicata poſſeſſio actoꝛi. an res ſit
adiudicata inſolidũ. Si eſt adiudicata poſ
ſeſſio audit̃. ſȝ actoꝛ habebit cõmodũ poſſeſ
ſionis donec ꝑncipale ſit finitũ. Si res ẽ ad
iudicata inſolidũ ꝑcluſa eſt via reo. q2 tunc
nõ audit̃. Et iſta habẽt locũ in ꝯtumace añ
lit. ꝯteſt. Quid aũt fit in ꝯtu. poſt lit. ꝯteſ. cõ
tracta. ⁊ q̃liter ꝓcedetur. patebit loco ſuo. Et
iſte eſt vnꝰ modus ſm̃ quẽ ꝓcedet̃ ꝯ ꝯtuma
cem. nõ tñ multũ feſtinabit iudex ad faciẽdã
miſſionẽ. de do. ⁊ ꝯtu. ꝯtingit. in glo. j. Puni
tur etiã ꝯtumacia ꝑ pignoꝝ captionẽ. extra
de do. ⁊ ꝯtu. c. ij. Inſti. de execu. tu. §. fi. ꝑ mul
ctam. ⁊ modis alijs. de q̃ in ſpe. de ꝯtu. §. vlti.
v̓. ſȝ nũq̃d facta. ⁊ v̓. itẽ ꝑ mulctã. Et ꝙ iudex
etiã eccleſiaſticꝰ poteſt imponere mulctam.
habet̃ de pe. licet no. de do. ⁊ ꝯtu. c. j. Et ꝺ mul
cta ponit Hoſti. ſpẽalẽ rubricã in ſũ. de ſen. ⁊
re iudi. Et de ea tractat ſpe. de ſen. ꝓla. §. ij. v̓. ẽ
⁊ q̃rta. Si aũt iudex vult infligere cõtumaci
penã excõicatõis ſic ꝓcedat ꝯ eũ. q2 habet eũ
monere vt adhuc obediat cõparẽdo ĩfra cer
tũ terminũ cõpetentẽ. ⁊ ꝯtumaciã ſuã expur
get. Et ſi iudex ẽ delegatꝰ põt ſcribere ſb iſta
foꝛma. N. decanꝰ vel ſcolaſticꝰ ⁊c. tal' ec
cleſie. iudex cauſe. ⁊ a partiũ infraſcriptaꝝ. a
ſede ap. ſpẽaliter delegatꝰ Uniuerſis ⁊ ſingu
lis ꝑpoſitis. decanis. cuſtodibꝰ. hebdomada
rijs. plebanis. ⁊ diuinoꝝ rectoꝛibꝰ. curatiſ. ñ
curatis. clericis. ⁊ notarijs publicis. q̃buſcũ
q3 ꝑ ciuitatẽ ⁊ dyoc̃. talẽ. ac al's vbilibet cõſti
tutis q̃ ꝑſentibus fuerint req̃ſiti Salutem ĩ
dño ⁊ mãdatis noſtris. imo veriꝰ apoſtoli
cis firmiteꝛ obedire. Nuꝑ auctoꝛitate ap̃lica
nobis in hac parte cõmiſſa. citauimꝰ et cita
ri fecimus talẽ. vt tali die ſibi ꝑ termino per
empt. aſſignato cõperet in tali loco legitime
coꝛã nobis q̃relis tal' rñſurus. Sȝ quia ideȝ

citat⁹ in termīo hm̄oi ſufficient̄ expectatus
compere ꝯtēpſit. Vn̄ ꝑdicto. N. actore l'ei⁹
ꝓcuratore corā nobis ī termīo ꝑdicto cōpa:
rēti ⁊ ꝑdicti citati nō cōparētis ꝯtumaciam
accuſante petēte ipm̄ ꝑ nos ꝯtumacē reputa
ri. ⁊ ꝑ ꝯtumacia hm̄oi ꝯ̄ eū ꝓcedi. ipm̄ repu:
tauim⁹ ꝓut erat merito ꝯtumacē. ⁊ ꝯ̄ eū du:
xim⁹ ꝓut iuſtū fuerit ꝓcedendū. Idcirco vo
bis oib⁹ ⁊ ſingul' ꝯiunctim ⁊ diuiſim in v̄tu
te ſancte obediētie ⁊ ſub pena excōicationis
quā in vos ⁊ in quēlibet veſtꝝ ſi mādatum
noſtrū hm̄oi neglexeritis vel ꝯtēpſeritis ad:
implere. canonica tn̄ triū dieꝝ monitione p̄:
miſſa in his ſcriptis ferim⁹ firmit̄ ⁊ diſtricte
ꝑcipiēdo mādam⁹. q̄tin⁹ accedatis vbi pro
pterea fuerit accedēdū ⁊ memoratū N. ꝯtu:
macē publice ⁊ diligēter moneatis. quē nos
p̄ntib⁹ ꝑempt̄. āmonem⁹ vt an̄. xij. dies ꝯti:
nuos a monitōe hm̄oi cōputādos. ꝑdictaꝫ
ſuā purgādo ꝯtumaciā iuri pareat corā no
bis. aut cū ꝑfato. N. actore amice vel in iure
ſe cōponat. Alioqn ipm̄ ꝑ ꝯtumacia hm̄oi
excōicam⁹ in dei noīe ī his ſcriptiſ. quē ſic ex
cōmunicatū publice infra miſſaꝝ ſolēnia co
rā ꝑpli multitudine de ambonib⁹ denūcietiſ
diē executōis ⁊c. vt ſ in forma citatōnis. In
iſta forma ponit̄ narratio quō re⁹ fuit cita:
tus ⁊ nō cōparuit. ⁊ fuit ei⁹ ꝯtumacia accu:
ſata. Sꝫ iſta v̄ba narratiua h nō ꝓbāt. vt in
cle. lr̄is. de ꝓba. Oportet ergo ꝙ de h ꝯſtet ꝑ
regiſtꝝ cauſe ſeu ꝑ acta ꝯſcripta ꝑ tabellionē
⁊c. Et ideo dixi. debēt redigi ī act. ⁊ actitatis.
Itē monet̄ re⁹ an̄ excōicationē. q2 ſꝑ ſniam
excōicationis ⁊ etiā alias ſnias cēſure ꝓcede
re dꝫ monitio. al's ipa ſnia excōicatōis eſt in
iuſta ex ordine. ⁊ eā ꝓferēs habebit penas. de
q̄b⁹ in. c. ſacro. in ꝑn. de ſen. excō. Et qn̄ ſic fer
tur ſnia excōmunicatōis nō ꝑmiſſa moniti:
one. vel al's ſub ꝯditiōe ſi monit⁹ putauerit
ſniam iniuſtā vel ꝑceptū ſeu monitionē. de:
bet appellare infra tp̄s monitōis vl' an̄ ꝯditō
nem. ad h vt appellatio ſuſpēdat ſniam excō:
municatiōis. de q̄ in. ca. ꝑterea. ij. de appel. Et
debet monitio habere cōpetētia tp̄is interual:
la. Vn̄ aliqn̄ ponit̄ in monitorio vt infra. xij
dies. q2 quattuor ꝑ ꝑmo. q̄ttuor ꝑ ſecūdo. et
reliq̄s q̄ttuor ꝑ tertio ⁊ ꝑempt̄. termīo ac mo

nitione canonica aſſignam⁹ ⁊c. de q̄ in. c. ꝯſti
tutionē. de ſen. ex. li. vj. niſi facti neceſſitas alit̄
ſuaſerit moderāda. vt q2 ꝑtes ſunt ad rixas
⁊ arma ꝑate. eo. ti. ⁊ ca. Sufficit tn̄ ſine illius
clauſule expſſione ſi al's ſit cōpetēs terminuſ
ſi ꝯtra collegiū vel vniuerſitatē eſt ꝓcedēdū.
q̄a vniuerſitas vel collegiū non p̄t excōicari
vt in. c. romana. §. in vniuerſitate. de ſen. ex. li.
vj. tūc debet collegiū vel vniuerſitas īterdici.
Unde d2 tūc in forma. in ſingulares ꝑſonas
excōmunicatōis. in capitulū vel ꝯuentuꝫ ſu
ſpenſionis. ⁊ in eccl'iam vl' monaſteriū inter
dicti ſnias ferim⁹ ⁊c. vel vniuerſitatē ipſam ī
terdicim⁹ ⁊c. Si aūt eſt ep̄s vel ſuꝑior archi
ep̄us ꝑmo debet ſuſpēdi. ſcꝫ ab ingreſſu eccle
ſie. niſi nimia ꝓteruitas ꝯtumacie exigat. de
inde creſcēte ꝯtumacia interdici. tertio excōi
cari. vt in. c. ij. de offi. dele. li. vj. Subiungit̄ in
mādato ex tūc ꝓut ex nūc. ex nūc ꝓut ex tunc.
ſed h nō oportet. vt no. in. c. ꝑterea. ij. de appel.
ꝑ Jn. Hoſt. ⁊ Ab. ſ. v̄. excōicatū. ⁊ in cle. vni
ca. de cōceſ. ꝑben. ſuꝑ v̄bo ex nūc. Itē d2 ī his
ſcriptis excōicam⁹ ⁊c. q2 ſnia excōmunicati:
onis ferri dꝫ in ſcriptis. de ſen. ex. c. j. li. vj. §. q̄ſ
q̄s igit̄. Sꝫ ꝙ dicat̄ de ſnia in his ſcriptis. cre
dit Guil. in ſpe. ti. de ſen. ꝓla. §. Vt aūt. v̄. ⁊ no
ta. ꝙ excō. ſen. ꝙ nō ſit neceſſariū. Conſuluit
tamen ꝙ dicat̄ deinde ſi excōmunicat⁹ perſe
ueret in contumacia iudex procedat ad ag:
grauationē ſentētie. Unde creſcēte cōtuma:
cia creſcere debet ⁊ pena. vt lit. non conteſta.
quoniā frequēter. in fi. Et tunc ſolet ſcribi ſb
iſta forma.

Talis iudex delegatus vel ordinari⁹ tali
rectori ⁊c. Salutē in domino ⁊c. Dudū au:
ctoritate apo. nobis in hac ꝑte cōmiſſa ſi eſt
delegat⁹ talē citam⁹ ⁊ citari fecimus ī termi
num talē ad inſtantiā taliſ. Et q2 in termino
huiuſmodi cōparere cōtumaciter non cura
uit. nos ꝑ contumacia huiuſmodi tulimus
ſniam excōicationis in eundē. ⁊ ipm̄ māda:
uim⁹ excōicatū publice denūciari. Sꝫ quia
idē in hm̄oi ſua ꝯtumacia ꝑdurādo ꝑdictaꝫ
excōmunicationis ſniam temere ꝯtempſit ⁊
damnabiliter in ea ꝑſordeſcit. Quare cum
creſcente ꝯtumacia merito creſcere debeat et
pena. vobis mandam⁹ q̄tinus predictū. N.

excõicatũ ſingulis dieb⁹ dñicis ⁊ feſtiuis ac
cenſis cãdelis ⁊ demũ extinctis in terrã ꝓie-
ctis.ſonãtibuſqꝫ cãpanis publice de ãbone
corã ꝑplo nũcietis.⁊ faciatis tanqꝫ excõicatũ
eũ ab omnib⁹ arti⁹ euitari

Ordinarij breuius ſic ſcribunt

Talis ꝑpoſit⁹ vel offic.tali rectori ſeu ple
bano Salutẽ in dño. Quia tal' citat⁹ a nob
in certũ terminũ ad inſtãtiã talis non cõpa-
ruit.q̃re vob mãdam⁹.q̃tin⁹ eũ pempt. mo
neatis vt adhuc infra.x.dies ꝯtinuos a rece-
ptiõe pñtiũ cõputãdos ſe cum pdicto. N.
amice vel ĩ iure cõponat. Alioqñ ipm excõi-
cam⁹ in dei noĩe ĩ his ſcriptis quẽ ſic excõi-
catũ publice de ambonib⁹ nũcietis. Datuꝫ
Anno dñi ⁊c.

Aggrauationẽ ſic ſcribunt officiales.

Offic. vel iudex general' plebano tal' eccleſie
Salutẽ in dño. Quia tal' excõicat⁹ a nobis
ꝑ ꝯtumacia ad inſtãtiã talis hmõi ſniam ñ
formidat.q̃re vobis mãdam⁹ q̃tin⁹ ipm ex-
cõicatũ ſingul' dieb⁹ dñicis accẽſis cãdel' et
pulſatis cãpanis publice de ambonib⁹ nun
cietis. Datũ ⁊c. ¶ Ulteri⁹ ſi adhuc nõ cu-
rat pere iuri ⁊ petere abſolutõꝫ dirigit aliud
mandatũ ſub iſta forma vt ſequitur.

Offic. talis ⁊c. Salutẽ in dño. Licet talẽ du-
dũ excõicauim⁹ ꝑ ꝯtumacia aggrauatiõis
ſnia ſubſecuta ad inſtãtiã tal'. Ipſe tñ hmõi
ſnias temere ſuſtinet aĩo indurato. q̃re vob
mandam⁹.q̃tin⁹ eũ excõicatũ ⁊ aggrauatũ
ſicut pus publice nũcietis. inhibẽtes oĩb⁹ et
ſingulis veſtris prochianis ne eidẽ ſic excõi
cato emẽdo vendẽdo ſal. aquã. ignẽ. cibũ vel
potũ miniſtrãdo. vel al's q̃uis genere cõmu
nionis ꝓhibite ꝑticipẽt. q̃uis modo ꝯ̃ faciẽs
⁊c. vel ſic. ſi canonicã ⁊ noſtrã fugere volue-
runt vltionẽ minoris excõicatiõis ſnia quaꝫ
ꝑ h incurrũt fore ligatos publice nũcietiſ. vl'
ſic. alioqñ ꝯ̃ ipos ꝑ executõis ſniam vl' alias
penas ꝓut iuſtũ fuerit ꝓcedem⁹ ¶ Et ſcien-
dũ ꝙ ꝑticipãtes excõicato regulariter incur
rũt minorẽ ſniam cũ ſit veniale. de q̃ in.c.cuꝫ
ſacris.qd me.cau.⁊ ibi plene ꝑ Io.an.in cõ-
mẽto.⁊.c.cũ deſideres.de ſen.ex.p⁹ pn. Sunt
tñ aliq̃ pſone ꝑuilegiate vt ꝑticipent excõica
to. de q̃b⁹ in.c.q̃niã mltos.xj.q.iij. Et ĩ certis
caſib⁹ etiã eis licite ꝑ alias pſonas cõicat. d
q̃bus in.c.ſi vẽ.de ſen.exco.cũ ꝯcord. Et licet
ꝑticipãtes etiã añ inhibitionẽ iudicis incur
rũt minorẽ.tñ iſta inhibitio fit eo ꝙ pl⁹ time-
ri ſolet qd ſpẽaliter iniũgit̃ q̃ꝫ qd generaliter
impat̃. Itẽ ex hoc maior ꝯſurgit ꝯtemptus
qd ꝯtra ꝓhibitionẽ iudicis fit vel facit. vt no.
in.c.allega.ſacris. Participãtes tñ excõica-
to nõ poſſunt ꝓpter h excõicari maiori excõ
municatiõe.niſi pus noiatim ⁊ in ſpecie no-
minent̃. vt iuxta formã ⁊ diſpoſitionẽ capli
ꝯſtitutionẽ.de ſen.ex.li.vj. Et ꝑticipãs in cri
mine eadẽ ſnia inuoluit̃.de quo in.c.ſi cõcu-
bine.de ſen.excom. ¶ Poſtea ſi nec ſic ꝑt cõ
tumax a ſua ꝯtumacia reuocari. ſolet indici
ceſſatio a diuinis q̃ꝫdiu pñs fuerit excõica-
tus.⁊ etiã iſtã p̃cedere debet monitio. q2 om
nẽ vindictã p̃cedere dꝫ monitio.xij.q.ij.indi-
gne. Et ſcribũt p ordinariũ ſub hac forma

¶ Offic. talis tali plebano Salutẽ in dño.
Quãuis talis dudũ a nobis excõicationis
ſnia ꝑ ꝯtumacia ad inſtãtiã tal' innodatus
diuerſ aggrauatiõib⁹ ſubſecutis. idẽ tñ. N.
ſnias hmõi ⁊ penas ꝯtemnẽs eas temere ſu
ſtinet.⁊ in eis ſordeſcit aĩo obſtinato. Unde
ſua exigẽte ꝯtumacia ipm magis aggũare
cõpellimur. vel ꝯ̃ ipm rigidius ꝓcedere nos
oportet. Io vobis mãdam⁹.q̃tin⁹ ꝓcõſules
ꝯſules ⁊ maiores ipſi⁹ opidi tal'. vel iuratos
⁊ potẽtes tal' ville publice moneatis vt infra
dies.viij. vel.xv.pdictũ excõicatũ ab eoꝝ con
ſortio ꝑticipatione ⁊ cõmunione eijciant.ex-
cludant. vel quantũ in eis eſt ipm inducant.
vt ad ſancte matris eccl'ie gremiũ redeat. iuri
pareat corã nobis.⁊ bñficiũ abſolutiõis cu
ret obtinere. Alioqñ q̃ꝫdiu ⁊ q̃tiẽs idẽ excõi-
cat⁹ in eccl'ia veſtra vl' ei⁹ termĩs pñs fuerit
vel morã traxerit. domiciliũ vl' mãſioneꝫ ha-
buerit. ceſſetis ⁊ ceſſare faciatis ab officio di-
uinoꝝ. quẽ ſic ſuſpẽdim⁹ dei noĩe in his ſcri
ptis. Datũ ⁊c. ¶ Aduertẽdũ tñ ꝙ ꝓ pecuni-
ario debito nõ poteſt fieri interdictũ genera
le. vt ĩ extrauagãti. ꝓinde Bonifacij.viij. Et
an dicta ceſſatio cenſeat̃ generalis vel ſpecia
lis tractat Io.cald.ti.de cita.in tractatu d cẽ
ſura eccleſiaſtica iuxta finẽ. Et in pdicta for-
ma monent̃ maiores loci.qa ſnia hmõi per

quā inducit̄ ceſſatio etiā ipſi puniunt̄. Sed
qa pncipalit̄ fert̄ ſnia ꝯ cōtumacē. Etiā ipſe
deberet prius moneri. vt ſ̄ allegatū eſt. Tn̄ p;
dicta forma i formis ordinarioꝝ frequētat̄.
ſed iſte forme nō ſunt ita pciſe qn mutāt̄ ſm
diuerſitatē foroꝝ. Cōueniūt tn̄ in effectu ⁊ fa
cile eſt ſtilū ⁊ ꝯſuetudinē cuiuſlibet fori pra;
cticū ſeq. Solēt etiā iſti pceſſus aggrauatio
num dilatari diuerſis modis ſcribendi ſic.
¶ Cū ꝯtra ipſum ſua ꝯtumacia expoſcēte
ad penas grauiores nos pducere oportet vt
qs timor dei a malo nō reuocat. coerceat ſal
tē ſeueritas eccliaſtice diſcipline. de vi. ⁊ ho.
cle. vt clericoꝝ. Uel ſic. ¶ Cū nos dudū talē
p ꝯtumacia ad inſtātiā talis duxerim⁹ vin;
culo excōicationis innodandū. Ipſeqꝫ con
temptis ecclie clauib⁹ tāqꝫ inobediētie filius
adhuc i graue ſalutis aīe ſue pīudiciū ⁊ ſcā;
dalū fideliū ptinacit̄ in ſua ꝯtumacia pſeue;
ret. Jō ne de ſua ꝯtumacia poſſit gloriari. et
ne facti ſui puerſitas alijs trāſeat pſumptori
bus i exemplū. ſꝫ poti⁹ pena ipſi⁹ ſit met⁹ al;
teri⁹ ⁊c. Et maxime qn̄ ordinari⁹ pcedit ad
correctionē exceſſuū ſolent ſcribere. videlicet.
Idcirco ne facilitas venie alijs incentiuum
tribuat delinqndi. in alle. c. vt clericoꝝ. Item
qa ſi ea haberet q male vſurpant̄ vl̄ ppetrātur
omittim⁹ exceſſus viā alijs apim⁹. vt. xxxv.
q. ix. loci. Uel ſic. Quia abſcindēdā ſunt vul
nera q̄ fomentoꝝ nō ſentiūt diſciplinā. lxxxij
di. plurimos. Itē vt alij ei⁹ exēplo a ſilibus
arceant̄. de vi. ⁊ ho. cle. clericos. Itē pena vni
us ſit met⁹ alteri⁹. vt in. l. capitoliū. §. famoſi
oꝝ. ff. de penis. Itē ne facti puerſitas alijs trā
ſeat in exēplū. in. c. tāta. de excel. pla. circa me;
diū. Itē qa vbi maior eſt culpa. maior debet
exerceri vindicta. d̄ heret. excōicam⁹. §. credē;
tes. Itē qꝛ vbi magis excedit̄ eſt ſeueri⁹ iudi
candū ſeu vindicandū. in. c. tāta. ſ̄ alle. Pōt
etiā pcedi ꝯ cōtumacē ad ſuſpēſionē ab offi;
cio ⁊ bn̄ficio. Et qlis ordo ſeruād⁹ ſit in infli
ctione penaꝝ. no. in. c. cū nō ab hoie. de iudi.
qa ali⁹ eſt ordo qn̄ pene ſunt infligēde p ꝯtu
macia. ⁊ ali⁹ p crimie. vt no. in glo. vlt̄. et ſup
ea. Et de tāto maior eſt ꝯtumacia de qnto a
re minori inſurgit. vt no. Jo. an. xcvj. di. duo
in glo. ſꝫ male. ⁊ notat̄ eodē ti. in. c. cū non ab

hoie. Itē ſi cōparet corā iudice. nō tn̄ vult re
ſpōdere nullā iuſta cā eū excuſante. vel illicē;
tiatus recedit reputabit̄ ꝯtumax. vt dixi ſ̄ in
deſcriptiōe ꝯtumacis. Itē dꝫ citat⁹ tēpeſtiue
arripe iter. qꝛ ſi tarde arripiat ex impedimen
to ſibi i via ꝯtingēte non excuſabit̄. Ita colli;
git̄ ab ar. in. c. cū in veteri. de elec. Et ibi p Jo.
an. ſ̄. pnl̄. glo. facit. c. venerabilib⁹. de ſen. exc.
§. idē eſt in glo. Et ſi citat⁹ mittit pcuratorē.
ſꝫ iſte nō cōparet ⁊ cōtumax efficit̄. ppt̄ talē
ꝯtumaciā pcuratoris nō debꝫ excōicari dn̄s
ſꝫ tūc qn̄ dn̄s eū ſcit ⁊ nō purgat. vt in. ca. j. vt
lit. nō ꝯteſ. Et vt ſnia excōicatōis p ꝯtuma
cia pcuratoris iuſte ferat̄ ꝯ dn̄m dat ibi Ho
ſtien. ꝯſiliū. q iudex anqꝫ hanc ſniam ferret. ſi
gnificet dn̄o ꝯtumaciā pcuratoris. aſſignan
do ſibi terminū ad eū purgandū ne poſſit p;
tendere ignorātiā. Et licet nō poſſit dn̄s excō
municari ppt̄ cōtumaciā pcuratoris. vt di;
ctum eſt. pōt tn̄ ꝯ ipm miſſio fieri. dānabilit̄
etiā punit̄ in expēſis. vt dicūt Hoſt. ⁊ Jn. in
alle. c. j. vt lit. nō ꝯteſ. Sꝫ dn̄s hꝫ actionē ꝯ p;
curatorē. de q ibi plene ⁊c. ¶ Deinde ſi cōtu
max excōicat⁹ veniat corā iudice ⁊ velit ſta;
re iuri ⁊ petat abſolutiōē. dꝫ abſolui recepta
cautiōe q iuri pareat. vt in. c. q̄ fronte. de app.
Et ad h̄ eſt ps citāda p q lata fuerit ſnia ex;
cōmunicatōis. dato tn̄ q non vocet̄ tenet ab
ſolutio. de q ibi no. ⁊ de iudi. c. j. ⁊ i ſpe. de ꝯtu;
macia. §. fi. v̄. ſꝫ pone. Dicūt tn̄ Pe. Al. ⁊ egi;
dius q ps ex h̄ grauat̄ ⁊ poterit appellare. ⁊ h̄
pcipue qn̄ excōicat⁹ erat p manifeſta culpa.
qa tūc debuiſſꝫ pcedere ſatiſfactio. ⁊ recurrat̄
in hac materia ad glo. antepenl̄. in. c. ex lrīs. d̄
offi. dele. ⁊ de ſymo. ad aurel. vbi dr̄. Si iudex
vel ps fecit expēſas propter illi⁹ ꝯtumaciam
q ille an̄ ſunt ſoluēde qꝫ abſoluat̄. de v̄. ſig. ex
pte. j. vt lit. nō ꝯteſt. quoniā. §. in alijs. cū con;
cord. ¶ Sciendū eſt q ſi excōmunicatus ſta
ret p annū ptinaciter in excōmunicatōne. ex
hoc ſurgeret ꝯtra eū ſuſpicio q male ſentiret
de articulis fidei. Et iſtā ptinacia annualis
pſeuerantia inducit ſuſpitionē hereſis. et p ta;
li ſuſpitione que eſt probabilis poſſit excom;
municari. Et ſi tūc iteꝝ in tali excōicatōe la;
ta prō ſuſpitōe huiuſmodi pſeuerauerit per
annū. iudicabit̄ heretic⁹. de quo de purga. c.

inter.xj.q.iij.c.rurſus.⁊.c.q̄cunqꝫ.Si autē ci
tatus ꝓpter infirmitatē vel aliā iuſtā cauſaꝫ
impedit̄ ꝙ venire nō poteſt ad mandatū iu/
dicis ⁊ cauſa eſt ardua in qua nō tenet̄ ꝯſti/
tuere ꝓcuratorē.debet mittere excuſationē ſi
impedimentū eſt tꝑale.⁊ ipſe eſt talis q̄ in iu
dicio ꝑ ſe ſtare poteſt.de quo in.c.querelā.de
ꝓcura.ibi plene de h.Et ſi cauſa eſt modica.
debet mittere ꝓcuratorē.Si aūt ipſe citatus
iuit ſeu miſit.⁊ detētus fuit ipſe vel ꝓcurator
in via ſeu al's impedit⁹.ſi ex facto alicuius h
cōtingit habet actionē ꝯtra doloſe detinentē
ſeu impedientē ſi eſt ſoluēdo.ſi nō eſt ſoluen/
do reſtituit̄ ex clauſula generali.ff.ex q̄.cau.
ma.in inte.reſti.l.ſed ⁊ ſi.§.vlt.De quo i.c.ex
litteris.de reſti.in inte.⁊ in.c.cū Bertold⁹.de
re iudi.⁊ ꝑ In.de cōparitionib⁹

## Qualiter reus cōparendo coram iudice per quem eſt citatus ſe debeat habere

Reus ergo ſi cōpa
reret tūc licet ſuꝑbus humiliter.⁊ licet
melancolic⁹ hilariter debet ſe iudi/
ci p̄ſentare ne iudicē exaſpet.⁊ debꝫ cōparere
in loco ad quē citat⁹ eſt.vel vbi ꝑ iudicē ius
reddi ꝯſueuit.Et ſi eſt iudex delegat⁹ vl' al's
nō eſt ꝓprius ordinari⁹ ipſi⁹.nō ſtatim i eū
vel iuriſdictionē ſuā ꝯſentiat.ſꝫ p̄mittat ꝓte/
ſtationē q̄d ꝑ talē cōparitionē vel actū faciē/
dum corā eo nō velit in ipſum tanq̄ꝫ i ſuū iu
dicē cōpetentē aut in ipſi⁹ iuriſdictionē con
ſentire.niſi inquantū tenet̄ de iure.de quo in
ſpe.de cōparitōe.v̄.hoc qꝫ.Et aduertat ille q̄
ꝓteſtationē facit ꝙ iſtā clauſulā vel adiectio
nē videlicet.Niſi inq̄ntū de iure teneor non
omittat.Vn̄ dicit notabiliter Inno.in.c.cū/
mana.de elec.ꝙ fatu⁹ eſt q̄ comparēs coraꝫ
iudice ordinario vel delegato ⁊ non ꝓteſtat̄
ꝙ nō ꝯſentit in eius iuriſdictionē.qa poteſt
iudex eū ex hoc ꝓnunciare ꝯtumacē.ꝺ iudi.
c.j.de ver.ſig.ex ꝑte.j.eo ꝙ noluit ſtare iuri.et
ſic poterit excōicari.Secus ſi addit in ꝓteſta
tione niſi inq̄ntū de iure debeo ſc̄m eum Et ſi
reus cōparet ꝑ ꝓcuratorē petat actor ꝙ doce
at ꝓcurator de mādato ꝓcuratorio.q̄d oſtē/
dere debꝫ ꝓcurator rei nō occultare.de appel.
ſepe.in p̄n.Et ſi ꝓcurator ꝓducit mādatum
petat copiā eius actor.⁊ etiā inducias delibe
randi ſuꝑ ea.Et idē ſi actor ꝑ ꝓcuratorē com
pareret.reus vel ꝓcurator ei⁹ petat copiā ei⁹
⁊ terminū ad impugnandū ſi videbit̄ ſibi ex
pedire.Re⁹ etiā vel ꝓcurator ipſi⁹ ſi iudex ē
delegat⁹ petat copiā ſibi fieri ſue iuriſdictio/
nis.de offi.dele.cū in iure.Petat igit̄ origia/
le reſcriptū ſibi exhiberi.vt ibi no.Et ſilr dari
terminū ad dicendū ⁊ opponēdū ſi voluerit
ꝯtra reſcriptū.Et iudex habet illa decernere.
al's eſſet loc⁹ appellādi.put ſpe.tradit de hoc
formas in tractatu de li.cōcep.in ti.de appell.
§.añ omnia.in ſexta forma.Et iſta oīa ſic ꝑ
ꝑtes vel eoꝝ ꝓcuratores petita ac ꝑ iudicem
decreta ⁊ admiſſa debent ꝑ notariū cauſe in
act̄.ꝯſcribi.Et poteſt ſic ſcribere tabellio.
Anno dñi ⁊c.die tali.hora tali ⁊c.comparuit
corā tali iudice talis cleric⁹ vel laic⁹.vl' talis
ipſi⁹ ꝓcurator q̄ mandatū ꝓcuratoriū infra
ſcripti tenoris ꝓduxit.Et talis ad ſui inſtan
tiam ⁊ diē ⁊ horā hm̄oi citati q̄rimonijs ipſi
us reſpōſurus ꝯtumaciā accuſauit.petens
eū reputari ꝯtumacē.Ex aduerſo cōparuit
iudice adhuc ꝓ tribunali ſedēte talis p̄ncipa
lis vel talis ei⁹ ꝓcurator noīe ꝓcuratorio.et
reſcriptū aplicū originale ſibi exhiberi ac ei⁹
⁊ ꝓcuratorij p̄dicti copiā ei decerni ac tradi.
⁊ cōpetentē terminū ad dicendū ꝯ reſcriptū
ac mandatū hm̄oi ſi ſibi cōpetierit aſſignan
do.Cui iudex ipſe reſcriptum originale exhi
buit.ipſi⁹ qꝫ mādati p̄dicti copiā ſibi fieri de
creuit.ac talē diē ad impugnandū p̄dicta ꝑ
termino ꝑempt̄.aſſignauit.Vel in ꝑſona iu
dicis poteſt ſic formari Anno dñi ⁊c.cōpa/
ruit talis corā nobis.⁊ petiuit ⁊c.cui exhibui
mus.decreuim⁹.terminū aſſignauim⁹ vt ī
forma ⁊c.In termīo ergo ad p̄miſſa aſſigna
to.ſi actor ꝓcuratoriū rei.vel ſi re⁹ ꝓcurato/
riū actoris vel reſcriptū vel iuriſdictionē iu/
dicis ipugnare poterit ex aliqua cauſa īpu/
gnet.Et q̄ poſſunt opponi cōtra reſcriptū.ꝓ/
curatorē.vel ꝓcuratoris mandatū.ſ.ꝓcura/
toriū.tractat Guil.in ſpe.de reſcripti p̄ñtati/
one.⁊ de ꝓcuratore.⁊ de cōpe.iudi.aditione.
ſi nō cōpetat ſibi exceptio.petat ſibi edi libel/
lum.Et iſtū regulariter auctor edere tenet̄.

vt.iij.q.iij.offerat̃.de li.obla.c.j. Et dico regu
lariter.qꝛ fallit in caſibꝰ q̃ ibi no. Et ꝑ ħ reus
nõ ꝯſentit in iudicẽ.vt no.in.c. iter monaſte
riũ.de re iudi.niſi ꝑ aliquẽ aliũ actũ talis cõ
ſenſus ꝑſumat̃. Vñ vtile eſt ſꝑ de ħ ꝓteſtari
vt ſupra dixi. Et erit forma ꝓcuratorij iſta ſi
ſit in pñtia notarij publici.

¶ In noĩe dñi amẽ.ꝛc. Inditõe.ꝛc.pont̃.ꝛc.
talis die tali.mẽſe tali.hora tali.loco tali In
meiq̃ʒ notarij publici ſubſcꝑti ⁊ teſtiũ infra-
ſcꝑtoꝝ pñtia ꝑſonaliter ꝯſtitutꝰ.diſcretꝰ vir
N.clericꝰ ꝑncipalis vel laicꝰ talis dioc̃.mo-
do via iure cauſa ⁊ forma q̃bꝰ melioribus ⁊
efficacioribus fieri potuit ⁊ debuit.fecit crea
uit et ꝯſtituit ⁊ ſolenniter ordinauit ſuos ve
ros certos ⁊ legitimos ⁊ indubitatos procu
ratores.actores.factores.negocioꝝ geſtoreſ
et nũcios ſpeciales ⁊ generales.ita ꝙ genera
litas ſpecialitati non deroget.vel econuerſo.
talẽ et tales pñtes ⁊ onus ꝓcuratõnis hmõi
in ſe ſponte ſuſcipiẽtes.⁊ talẽ ⁊ tales abſenteſ
tãq̃ʒ pñtes et quẽlibet eoꝝ in ſolidũ. ita ꝙ nõ
ſit ꝯditio melior occupãtis. Sʒ qđ vnꝰ eorũ
incepit alter eoꝝ libere ꝓſeq̃ valeat mediare
pariter et finire ad agendũ ⁊ defendendum.
poſſʒ addi ꝓſequendũ ꝓtractandũ in cauſa
ſeu cauſis q̃ vertunt̃ et eẽ ſperãt̃. q̃ vertit̃ ſeu
verti ⁊ eſſe ſperat̃ inter ipm̃ ꝯſtituẽtẽ ex vna
parte.⁊ talẽ talis dioce.parte ex altera . oẽſq̃ʒ
alios ⁊ ſingulos ſua intereſſe putãtes vł cre
dentes corã iudice tali ordinario ł delegato
necnõ corã quibuſcũq̃ʒ alijs iudicibꝰ ordi.ſi
ue extraordi.delega.vel ſubdeleg.datis ł dã-
dis.deputatis vel deputandis.vel ĩ cã quaʒ
ip̃e ꝯſtituẽs mouet ſeu mouere intẽdit. libel
lum ſeu libellos quaſcũq̃ʒ ſũmarias petitõ-
nes petendũ dandũ recipiendũ.dari vel reci
pi videndũ.litẽ ſeu lites ꝯteſtandũ. De calũ-
nia et veritate iurãdis.ac cuiuſlibʒ alterius
generis ſacramẽtũ licitũ ⁊ honeſtũ ĩ ip̃ꝰ cõ
ſtituẽtis aĩaʒ ꝑſtandũ ⁊ ꝑſtari videndũ. Et
ex aduerſo ħ fieri petendũ ⁊ videndũ.ponen
dũ articulandũ.poſitiõibꝰ ⁊ articulis reſpõ
dendũ.poniq̃ʒ ⁊ articulari.⁊ ꝯ eos excipien-
dũ.ac ſuis rñderi petendũ ⁊ obtinẽdũ . Te-
ſtes lr̃as ⁊ inſtrumẽta iura ⁊ munimenta ꝓ
ducẽdũ.⁊ alterĩꝰ ꝑtis teſtes iurare ⁊ ꝓbatio
nes videndũ.⁊ teſtes ac ꝓbatõeſ ip̃ꝰ ex aduer
ſa ꝑte reprobãdũ ⁊ ĩpugnãdũ.⁊ crimia ⁊ de
fectꝰ oppõnẽdũ.⁊ ꝓbandũ declarandũ ac de
clarari videndũ.ꝯ declarationẽ ac partium
aduerſarioꝝ ſeu aduerſe ꝑtis dicẽdũ bñfici
um abſolutiõis ſimplr̃ vel ad cautelã ac re
ſti.in integ.ꝑncipaliter vel incident̃ petendũ
et obtinendũ cautõnes.dandũ petendũ reci
piendũ ſupplicandũ ⁊ allegandũ renũciãdũ
ꝯcludẽdũ ⁊ ꝯcludi petendũ.et videndũ ĩter
locutorias et diffinitiuas ſnĩas ferri petẽdũ
ab eis.vel eaꝝ qualibet ac q̃cũq̃ʒ alio grauami
ne illato vel cõminato ſemel vel pluries pro
uocandũ ⁊ appellandũ.appellatões intiman
dũ et ꝓſeq̃ndũ.apł̃os damna ĩtereſſe et expẽ
ſas petendũ et recipiendũ.ac ip̃as expenſas
declarandũ et taxari petendũ et videndũʒ.et
ſuꝑ ipſis iurandũʒ.de locis iudicibꝰ ⁊ nota
rijs ꝯcordandũ ⁊ ꝯueniendũ.ſuſpectos ⁊ ſu
ſpecta recuſandũ.lr̃as q̃ſcũq̃ʒ tam ſcribẽdas
q̃ʒ legendas grãm ſeu iuſticiã in ſe ꝯtinẽtes
ĩpetrandũ.et impetratis ſeu ĩpetrãdis ex ad
uerſo ꝯtradicendũ aliũ vł alios ꝓcuratores
ſubſtituendũ.et eũdẽ vel eoſdẽ reuocandũʒ.
ac hmõi ꝓcuratõis onus ĩ ſe reaſſumẽdum
q̃ñ et q̃tiens fuerit oportunũ. Et generaliter
oĩa et ſingula alia faciendũ.gerendũ . exercẽ
dũ.et ꝓcurandũ.q̃ merita cauſaꝝ exigũt.⁊ le
gitimis ꝓcuratoribꝰ a lege vel a canone ſũt
ꝯceſſa.q̃ ip̃e conſtituẽs ꝑ ſe faceret vel facere
poſſet ſi ꝑſonaliter pñs eẽt. Etiã ſi mandatũ
exigãt mag̃ ſpẽale. Promiſitq̃ʒ ip̃e ꝯſtituẽs
mihi notario publico ſolẽniter ſtipulanti.⁊
recipiẽti vice ⁊ noĩe oĩm et ſingulóꝝ q̃ꝝ ĩter
eſt vel ĩtereſſe poterit ſe gratũ ratũ ac firmũ
habituꝝ ꝑpetuo q̃cq̃d ꝑ ꝑdictos ꝓcuratoreſ
vel eoꝝ ſubſtitutos aut quẽlibet ip̃oꝝ actuʒ
dictũ geſtum factũ ⁊ ꝓcuratũ fuerit in ꝑmiſ
ſis et quolibet ꝑmiſſoꝝ.ac volẽdo eos ab oĩ
ſatiſdatõis onere releuare. Promiſitq̃ʒ ip̃e
ꝯſtituens mihi vt ſupra.iudicio ſiſti. iudica
tum ſolui.cũ omnibꝰ ſingulis ſuis clauſuliſ
oportunis ſub omniũ bonoꝝ ſuoꝝ pñtium
et futuroꝝ ypoteca vel obligatõne ꝓteſtans
ipſos ꝓcuratores non velle tacite reuocare.
Suꝑ quibꝰ omnibꝰ ⁊ ſingulis ꝯſtituẽs me
moratꝰ me notariũ publicum requiſiuit vt

ſibi vnũ vel plura ↄficerẽ inſtrumẽta. Acta ſũt hͤ anno Indictiõe pontificatꝰ. menſe die hora ⁊ loco quibꝰ ſupra. p̄ſentibus diſcretis viris. a. b. c. ¶ Poteſt etiã mandatũ ꝑcuratoꝝ ꝓbari ꝑ lr̄as ↄſtituẽtis ſigillo ſuo ſigillatas. de ꝑcurat. ex inſinuatiõe. ꝺ ceſſi. ſopite. ff. de ꝑcura. l. ſi ꝑcuratorẽ. Et no. in cle. j. ꝺ ꝓcura. Et iſte eſt caſus ſpecialis in q̊ ſigillum p̄ſati facit fidez. i allꝰ. cle. in glo. j. Et quãdo in lr̄is ſuis ↄſtituens dat ꝑcuratorẽ. debẽt iſte lrẽ dirigi iudici vel aduerſario. de q̊ in ſpe. ꝺ ꝑcura. §. ratione autẽ forme. v̄. ij. §. vt autem. v̄. ſi autem. et in allꝰ. l. ſi procuratorem. Et erit iſta forma.

¶ Forma procuratorij quo conſtituitur procurator per lr̄as ipſiꝰ conſtituentis.

HOnorabili uiro

b

dño officiali vel iudici tali. talis. Quicq̄d poterit ſeruitij reuerẽtie et honoris in cauſa ſeu cauſis que vertiẽ ſiue verti et eſſe ſperaẽ inter me ex vna et talẽ parte ex altera in iudicio corã vobis modo ⁊ forma melioribꝰ et efficacioribꝰ quibꝰ poſſũ et debeo. facio creo cõſtituo. et ordino meos veros ⁊ legitimos procuratores. vt ſupra in alia forma. Et cõſtituiẽ etiã procurator apꝺ acta. Et poteſt conſtitui procurator clericꝰ vel laicus. cum edictũ hmõi ſit ꝓhibitoriũ. vt in. c. j. de ꝑcura. j. Bñſo. li. vj. Et procuratorꝰ ↄſtitutꝰ poteſt ante lit. conteſt. libere reuocari. poſtea non niſi in certis caſibꝰ. de quo in. c. ij. ꝺ procura. li. vj. Et in qua etate poteſt conſtitui habeẽ in. c. qui generaliter. e. ti. li. vj. Item et abſens et p̄ñs poteſt conſtitui procurator. e. ti. li. vj. in. c. licet. Et ibi in glo. ij. In forma hmõi mãdati p̄mo ponitur clauſula in ſolidũ. vnde ſine tali clauſula pluribꝰ procuratoribꝰ ↄſtitutis vnꝰ ſine altero ñ eẽt admittẽdꝰ. niſi in cauſis electionũ ⁊ i alijs ſpũalibꝰ vbi poteſt iudex idoneũ magis eligere vt in. c. ſi duo. §. ſana de ꝑcura. li. vj. Subdiẽ clauſula iſta. ita q̄ nõ ſit melior conditio. ⁊c. Quis ſit iſtiꝰ clauſule effectꝰ hẽẽ in. c. ſi duo. iam alleg. ibi de B. Et vt hẽẽ in forma conſtituiẽ ad agendũ et defendendũ. Vñ ſi ẽ actor et cõſtituit ꝑcuratorẽ ſolũ ad agenduz et nõ ad defendendũ. ꝑcurator talis defendere cogiẽ vel ſatiſdare de defendẽdo. vt no. de procura. q̄ ad agendũ. li. vj. i glo. j. Et ĩ ſpe. e. ti. §. j. v̄. Item excipiẽ. Valet tñ ſi dicaẽ ad agẽdũ et excipiendũ. cũ excipere ſit defendere. vt no. in. c. imꝑator. ꝺ iura. ca. Item ſi reus conſtitueret ad agendũ tantũ cõdemnãdꝰ eſſet actori ad expenſas. de procura. cõſtitutis. Itez ꝺꝛ in forma ad dandũ et recipiendũ libelluz lit. conteſt. Et iſta et ſimilia q̄ ſunt de ſubſtãtia ordinis iudiciarij potiſſime exp̄mũtur. Si tñ aliquoꝝ taliũ nõ eẽt facta ſpecificatio ꝑ hoc nõ viciareẽ. ex quo ꝺꝛ p̄mo ad agẽduz et defendendũ. Cautum tamẽ eſt illa exp̄mi et ita ſeruaẽ. Item ꝺꝛ ad p̄ſtandum iuramẽtum de calũnia. ⁊c. Et niſi hoc exp̄meretur i mandato nõ admittereẽ ad hmõi mãdatũ p̄ſtandum. de iura. calum. c. vlti. li. vj. Sunt ergo aliqui actus pro quoꝝ exercitio ꝑ procuratorem fiendo requiriẽ ſpeciale mandatum. q̄ quidẽ actus enumeranẽ. in. c. qui ad agendũ. de procura. li. vj. in glo. mag. Item ꝺꝛ in forma procuratorij ab interlocutoria ꝉ ſententia diffinitiua appellanduz. hoc poſſet. immo tenereẽ procurator etiã ſi non eſſet expreſſum. q̄a teneẽ appellare vel ſignificare dño q̄ appellet ſi velit. nõ tñ teneẽ nec pt̄ ꝓſequi appellationẽ. niſi ↄtineaẽ in mandato B. Item ꝺꝛ aliũ vel alios procuratores ſubſtituendũ. ⁊c. hoc nõ poteſt procurator ante lit. conteſt. niſi habeat ſpecialiter in mandatis. Poſtea poteſt etiã ſi nõ cõtineẽ in mandato. vt in. c. j. de procura. li. vj. de quo ibi. Dicitur etiam ĩ forma mandati poteſtas ſubſtitutum reuocandi. alias ſine tali clauſula vꝉ poteſtate ſibi tradita nõ poſſet ſubſtitutum reuocare. vt in. c. ij. de procura. li. vj. Itez ſubditur clauſula. Et generaliter oĩa. ⁊c. Ex iſta clauſula q̄zuis generales ex verbo generalitatis hmõi non poteſt illa que requirũt ſpeciale mandatũ. de quo in. c. qui ad agenduz. de procura. li. vj. Item ſubiungiẽ. promittẽ q̄z ip̄e conſtituẽs ratũ. ⁊c. et hoc debet cõtinere in mandato actoris qui conſtituit procuratorẽ. ſed clauſula que ſequiẽ. ſ. iudicio ſiſti.

7 iudicatū ſolui 7c. ptinet ad reū q̄ habz caue
re ꝑ ſuo ꝓcuratore de iudicato ſoluēdo 7 iu-
dicio ſiſtendo. de quo ꝰ ꝓcura. mādato. Sz
vtrūqz ponat̄ in mandato. qz vterqz ꝯſtitui
tur ad agendū 7 defendendū. Et qđ dicitur.
q̄d q̄d ꝑ ipſos ꝓcuratores factū fuerit. Et ſi di
ceretur. qđ quid ꝑ eos legitime factū fuerit 7c.
non valeret qz etiāz qđ doloſe facit ꝓcurator
valet 7 nocet dn̄o. De quo ꝑ Jo. an. in fi. c. j.
de dila. in nouella. Et no. in cle. j. de procura.
Et ſciendū ꝙ ille qui ſciēter 7 ſine ꝓteſtatiōe
recipit inſtrumentū. vel litteras ſue ꝓcurati-
onis in q̄bus ꝯſtituens cauet ꝑ ipſo ſuper i-
cluſis in mādato cogit̄ ꝯſtituentē defendere
vt in cle. j. de ꝓcu. Et aliquādo ꝯſtituit̄ quis
ꝓcurator generaliter ad omnes cauſas 7 co
ram q̄buſcūqz iudicibꝰ. de ꝓcura. petitio. 7 e.
ti. q̄ generaliter. li. vj. Aliq̄n ad certā cauſam.
7 corā certo iudice. Aliq̄n mandatū limitat̄
ad certos actus tantū ſicut placet ꝯſtituenti
Itē ꝯſtituit̄ ꝓcurator ad iudicia vt iā viſuz
eſt. Etiā quandoqz ad negocia 7 ad iudicia
quādoqz ſimplr̄. quādoqz ad rē ꝓpriā. Po-
teſt etiā ꝓcurator ꝯſtitui ſimpliciter. vel ſub
forma quotiēs ꝯſtituentē abeſſe ꝯtingat. Et
ſi ſimplicit̄ eſt cōſtitutus. ſi tūc dn̄s poſtea
ꝑ ſe in eadē cauſa cōpareat vt cauſaz tractet
cenſet̄ ꝓcuratorē reuocare. niſi ꝓteſtet̄. de q̄ i
ca. ꝑnt̄. de ꝓcura. li. vj. Interueniūt etiā q̄nqz
alie ꝑſone in iudicio nomine alieno. videlicz
nomine actoris vl̄ rei Et quādoqz ſine man
dato cū cautione tn̄ de rato vt ꝯiuncta perſo
na. vel ꝯſors eiuſdē litis. Et que cenſeat̄ ꝯiū-
cta ꝑſona no. de reſcrip. nōnulli. in fi. cum re-
miſſionibꝰ. Aliquādo ſine cautiōe. vt tutor.
curator 7c. Et quādo quis ꝓcurat cauſā col
legij dr̄ ſindicus vel yconomꝰ. vl̄ cauſaz vni-
uerſitatis dr̄ actor. qui etiā aliq̄n ab vno con
ſtituitur. Et qđ ſit yconomus 7 qđ defenſor.
orphanotrophus. caſtaldꝰ 7c. ponit Guil. in
ſpe. ꝑte. j. in rubrica. de his q̄ alieno nomīe in
iudicio interueniūt. 7 in rubrica ſequenti. Et
non eſt vis in nomīe. ſ. an vocet̄ q̄s ꝓcurator
vel ſindicus 7c. vt in. c. petitio. de ꝓcura. Sed
bn̄ eſt vis in modo ꝯſtituendi. q̄a quantū ad
hoc bene curat̄. de quo ꝑ Inno. in. c. impera
tor. 7 in. c. cū cauſam. de iura. calum. Et dz ꝓ-
curator eſſe inſtructꝰ. vt dicā tpe ſuo 7c. 7 q̄a
vt dictū eſt ſi nō impugnat̄ ꝑ reū iuriſdictio
iudic̄. vel ꝓcuratoriū actoris. nec aliquid op
ponit reꝰ vel oppon̄ere poterit ꝯtra citatiōez
vel aliā poſitionē. ſed videt ſe deſtitutum ex-
ceptionibꝰ que poſſent opponi an̄ libelli ob-
lationē. Uel ſi cōpetant ſibi alique exceptio-
nes. vult tn̄ eas reſeruare an h̄ poſſit vl̄ tutuz
ſit. dicā ſuo loco circa materiā exceptionū di
latoriarum 7c.

## De libelli oblatione

# Reſtat autem nunc

dicere de libello quē actor reo peten
te tenet̄ offerre. de li. ob. c. j. imo etiāz
ſi a reo non peteret̄. iudex ex officio ſuo faciet
eum dari. vt ibi no. Et iſte eſt caſus in q̄ ſup-
plere poteſt defectū iuxta ea que habent̄ i. c.
bone. de poſtu. ꝑla. Rō eſt ne ſibi illudat̄. q̄a
aliter iudiciū nō valerz. Poteſt tn̄ iudex an̄
dationē libelli facere 7 iubere factū ꝓponi v̄
bo ꝑ actorē vel ſuū ꝓcuratorē. de iudi. paſto
ralis. Et eo audito ſtatim reū interrogare ſu
per eo. 7 ſi reus cōfiteat̄ iudex ꝑcipiat ei ꝙ ſa-
tiſfaciat. 7 ꝑ talē ꝯfeſſionē non fit lit̄. ꝯteſ. ex q̄
datio libelli non ꝑceſſit Ita dicit notabiliter
Bern̄. in. c. dudū. ij. de elec. in glo. que incipit
Sed pone ꝙ reꝰ. Nec enī fert̄ tūc ſn̄ia diffini
tiua. ſed fit ꝑceptū reo vt ſoluat debitū infra
certū tp̄s. Secus ſi libellꝰ eſſet oblatꝰ 7 ſup il
lo ſequeret̄ cōfeſſio. tūc deberz ferri ſn̄ia. 7 ita
ſeruatur. Et iſtā conſuetudinem cōmendat
Guil. in ſpe. de libel. ob. v̄. Licet. quia per eaz
lites poſſunt minui qđ fieri debet. de do. 7 cō
tuma. finem. Et offert̄ libellus ꝓpter actorez
ꝓpter reū 7 ꝓpter iudicem. Propter actorez
vt ius ſuū declaret̄. Propter reū an cedere l̄
contendere velit Propter iudicē vt ſciat q̄li
ter formare debeat ſententiā. que ſm̄ petitiōiſ
formā eſt ferenda. de ſymo. licet heli. Jo̅ē no.
in alleḡ. c. j. de libel. obla. Et debet cōtinere li-
bellus nomē actoris. rei. iudicis. 7 cauſaz im
plicantē factū 7 inferentē ꝯcluſiuā petitionē
Unde dicit Jo. de lig. ꝙ libellus ē ſilogiſmꝰ
iuriſtaꝝ. Et dicit Hoſti. ꝙ licet libellꝰ multa
debeat cōtinere. ſufficit tamē de cōſuetudine
approbata ꝙ appareat in libello quis petat. a

Sentencia ferenda est
secundum peticionis formam

quo.⁊ q̄d.⁊ qualr̄.⁊ corā quo. Dat verſus.
Quis q̄d corā quo.quo iure petat̄.Et a q̄ re
cte cōpoſit⁹ quiſq; libell⁹ h̄z. Et deb; libell⁹
iſta ꝯtinere clare.q̄a debet eſſe ſine obſcurita
te. Vñ caueat aduocat⁹ formādo libellū de
nimia generalitate. Itē ꝙ nō ponat ibi vl̄. ꝺ
quo de ſen.et re iudi.c.abbate ſane.in glo.lon
ga. Itē nō ponat dictionē ſi.cū ſit ꝯditional'
icerta.itē caueat a v̄bo duplici ꝑgnāti ⁊ āphi
boloico.⁊ ab oī dubio ⁊ obſcuro. Itē libell⁹
d; eē breuis Eſt eī libell⁹ h̄ ſcripta breuis intē
tōz actoris ꝯtinēs ꝯ aduerſariū.neceſſario i
ferens ⁊ ꝯcludēs.vt no.l.ampliorē.C.de app.i
§.j. Caueāt libellorꝝ dictatores verboſis aſſer
tionib⁹ vti.ſed ea ſola ſcribere q̄ compēdioſa
narratiōe poſſint cauſas explanare. Vñ d̄r
libell⁹ diminutiue a libro ꝓpter ſui breuitatē
vt dicit Guil.in ſpe.de libel.ꝯcept.§.j.in ꝑnci.
Sicut codicill⁹ a codice. Poteſt etiā dici li
bellus a libra in q̄ pōderat iuſticia.ſm Hoſ.
Q aūt d̄r ꝙ in quibuſdā cauſis nō ſit neceſ
ſarius libell⁹.petitio tñ in actis debet ꝯſcribi
vt in cle.ſepe.de ver.ſig. In quo tñ differant
libellus ⁊ petitio poſſet dubitari.cū etiā peti
tio cōtinere debet actoris intentionē.⁊ eē cla
ra ⁊ certa.⁊ talis ꝙ ꝯcludat neceſſario actoris
intentionē ad h̄ vt ſm eam poſſet certa ſniā
ferri.al's nō eſſet apta. Dicendū eſt ꝙ in hoc
differūt.quia in libello cōponendo ſeruāda
eſt forma.ſed illa que formā reſpiciūt obmit
tunt̄ in petitione. Unde deb; eſſe ſimplex ad
modū memorialis. Et in hoc alleuiat̄ actor.
Ita dicit Pau.de liza.in alle.cle. ſepe. Et in
omni cauſa ciuili ⁊ criminali libell⁹ eſt offe
rendus.ſiue cauſa ciuilis ſit realis ſiue ꝑſo
nalis ſiue mixta. Itē ⁊ ī officio iudicis q̄d lo
co actoris ꝓponit̄ In omni igitur cauſa da
bitur.niſi ius dicat vel diſponat ipſum eē dā
dum.de quo in.c.j.de li.ob. Aduertendu;
ergo ꝙ omniū actionū de mūdo que int̄ ali
quē vel aliquos intentāt̄ ſunt duo membra
quia alie ſunt reales.alie ꝑſonales.vt inſtit̄.
de act.in.§.omniū. Et vt lit.non ꝯteſt.c.quo
niam.§.in alijs. Quidā tamen his duobus
membris volūt addere tertiū. ſc; ꝙ actionu;
alie ſunt in rem.alie in perſonā.alie mixte.vt
ſunt familie herciſcūde.cōmuni diuidundo
finium regundorꝝ.vt inſti.de acti.§. quedam
Sed dicendū eſt ꝙ ſunt duo membra tantū.
Et iſtud tertiū cōtinet̄ ſub primo.ſc; in rem.
Et hoc quando agit̄ ad reales preſtationes
vel ſub ſecundo.ſc; quando agit̄ ad perſona
les.vt no.in iuribus alleg̃.ſtatim. Inq̄ntu;
ergo actiones mixte dant̄ ad res ſequunt̄ na
turam realiū. Inquantū ad perſonales pre
ſtationes ſequūtur naturā perſonaliū. Re
ales actiones ſunt que rē concomitant̄. Un
de ſciendū ꝙ rerū alie ſunt corporales.alie i
corporales. Res corporales ſunt in triplici
differentia vel ſpecie. Quia alie ſunt immo
biles.vt fundus vel prediū.alie mobiles vt li
ber.alie ſe mouentes que tamen nomīe mo
bilium cōtinentur vt equus. Pro iſtis reb⁹
corporalibus competit actio realis.ſcilic; rei
vendicatio.vt quando ago contra eum qui
non eſt mihi aliquo modo obligatus.neq;
ex contractu.neq; ex quaſi cōtractu.neq; ex
delicto.neq; ex quaſi delicto. Sed quia poſ
ſidet rem meam mobilē vel immobilem vel
ſe mouentē. Ideo ad illam rem cōpetit mi
hi actio contra eum. Pro incorporalib⁹ cō
petit etiam actio realis.non tamen rei vendi
catio.quia incorporalia non poſſidētur ſed
quaſi poſſidētur. Unde competit ꝑ eis con
feſſoria.de quo de iudi.examinata.de ver.ſig
nifi.abbate. Quid ſit cōfeſſoria ⁊ quid nega
toria.no.in.ca.cum eccleſia.de cau. poſſeſſ.et
proprie. Perſonales ſunt actiones q̄ conco
mitant̄ ꝑſonā obligatā. Et ita obligatō ſur
git ⁊ inducit̄ quattuor modis. Cauſat̄ eni ex
cōtractu vel quaſi ꝯtractu.aut ex delicto vel
q̄ſi delicto.vt inſti.de obli.cū rubri.ſequen.et
no.de reſcrip.diſpendia.li.vj. Exemplū ꝺ ob
ligatione que naſcit̄ ex ꝯtractu.ſicut eſt con
tractus mutui.venditiōis.locatōis.⁊ in ver
borꝝ ⁊ litterarꝝ obligatōe. De quaſi cōtractu
exemplū vt in actione negociorꝝ geſtorꝝ.tute
le.⁊ ſimilib⁹. Exemplū de delicto.vt in actōe
furti.damni dati.rapine.⁊ iniuriarū. Exem
plum de quaſi delicto.vt in iudice male iudi
cante.⁊ in ꝓijciente de cenaculo q̄d nocuit.ex
iſtis naſcit̄ obligatio.⁊ ex obligatione actio.
Vñ ꝯtract⁹ vel etiā q̄ſi delictū eſt mat̄ obli
gatōis.obligatio vlteri⁹ eſt mater actiōis.et

ſic actio eſt filia obligatiõis. ⁊ neptis ad con
tractū. Sic ergo ꝯtractus eſt auus. obliga⸗
tio filia. actio neptiſ Et obligatio eſt ius ꝓpẽ
qḋ. ⁊ actio eſt ius ꝑ qḋ fit ꝓſecutio litis. De
quo inſti. ḋ act. in ꝑn. Actionū alie ſunt vni
uerſales. alie generaleſ. alie ꝑticulares ſeu ſin
gulares. Actio vniuerſalis eſt qñ ius dedu
citur ad iudiciū. cui ſubijciūť ꝑticularia ſup⸗
poſita. Vñ quattuoꝛ ſunt vniuerſales actõ
nes que cõpetunt ꝓ hereditate. qꝛ noīe here⸗
ditatis cõplectiť vniuerſum ius defuncti. vt
in. l. hereditas. ff. de ver. ſig. Ita dicit Jn. in. c.
cõquerente. de offi. oꝛdi. Et ſunt ille. petitõ he
reditatis. familie hercīſcunde. Actio ex teſta⸗
mento cõpetẽs ꝓ hereditate ex trebellia. ſe. cõ.
reſcindẽda. Et actio ex empto cõpetẽs qñ to
ta hereditas emiť. Actio generalis eſt qñ ge
neraliter ꝓ pluribꝰ ſuppoſitis agiť. vt ẽ actio
tutele. nego. geſt. ⁊ ſimiles. Actio ſingularis
eſt qñ ꝓ aliqua re vel aliq̇bus rebꝰ ſingulari
bus actio dirigiť. de quo etiā de li. ob. c. ij. Et
in ſpe. de acti. ⁊ peti. §. ij. Scḋm naturā ⁊ qua
litatẽ hm̃oi actionū debet formari libellus. ⁊
aliter ſpecificatio fit in vna q̃ȝ in alia. Qualꝫ
ergo ſpecificatio in qualibet illaꝝ exigať pa⸗
tebit in ſequentibus

¶ Forma libelli in actione reali

Libellus in actiõe reali ſic componiť. Corā vobis ho
noꝛabili viro dño. N. decano ecclie
ſancte marie Erfoꝛdeñ. Mogunť. dyoc̃. Ju
dice cauſe ⁊ ꝑtiū infraſcriptaꝝ a ſe. apo. dele⸗
gato. Vel ſi eſt oꝛdinariꝰ ¶ Corā vobis ho
noꝛabili viro dño ep̃o vel archidyacono vlꝫ
officiali ꝓponit ꝓcuratoꝛ ꝓcuratoꝛio nomi⸗
ne viri diſcreti N. clerici vel laici talis dyoce.
cõquerendo in iure aduerſus talẽ clericum
vel laicū talis dyoc̃. ⁊ quẽcūqȝ aliū ꝓ eo legi⸗
time in iudicio interuenientẽ. Et dicit ꝙ licȝ
fundꝰ talis in campo talis opidi vel ville ſi⸗
tus. cuiꝰ cõfines inferiꝰ deſcribūť ad memo
ratū N. ꝑtinuerit ⁊ ꝑtineat. Tamen ꝑ̃dictuſ
reus eundẽ fundū ꝑ tot annos detinuit ⁊ oc
cupauit ꝓut tenet ⁊ occupat fructuſqȝ qui ex
eo ꝑ tempꝰ hm̃oi ꝓuenerunt ꝑcepit ⁊ ſibi in⸗
burſauit. ac ꝓueniẽtes ꝑcipit ac inburſat Et
talis modi fundū deoccupare. ⁊ ꝑ̃dicto N. li
berū ⁊ vacuū dimittere ⁊ aſſignare ⁊ reſtitu⸗
ere cū fructibus vt ꝑ̃mittiť in ꝑceptis contra
deū in periculū aīe ſue ¶ Quare agit ⁊ petit
ꝓcuratoꝛ ꝑ̃dictus ꝑ̃fato noīe quatinꝰ cogni
to quantū ſufficit de ꝑ̃miſſis denūcietis de⸗
cernatis ⁊ declaretis ſupꝛadictū fundu ȝ ad
N. antedictū ꝑtinuiſſe ac ꝑtinere. predictum
N. eū indebite ⁊ illicite occupaſſe ac occupa⸗
re. Atipſum fundū eidẽ N. adiudicandū fo
re ac adiudicetis. ꝑ̃dictūqȝ. N. vt fundū hu⸗
iuſmodi N. liberꝝ ⁊ vacuū dimittat reſtituat
⁊ aſſignet. ac fructꝰ vt ꝑ̃ferť ꝑceptos vel eoꝝ
valoꝛẽ quẽ ad tot libꝛas denarioꝝ ꝓ ſinguliſ
annis eſtimat Veſtra tamẽ ac alioꝝ quoꝝ
intereſt eſtimatõe ſalua tradat ſeu perſoluat
ꝯdemnandū ⁊ cõpellendū eſſe. ⁊ ꝯdemnetis
⁊ compellatis ꝑ veſtrā diffinitiuā ſñiam cen
ſurā eccleſiaſticaȝ ⁊ alia remedia opoꝛtuna.
Hec petit cõiunctim ⁊ diuiſim vna cū expẽſ
liť. ac fructibꝰ inde ꝑceptis ⁊ q̇ ꝑcipi poſſunt
⁊ tpe litis ꝑcipiendis. Ad ꝓbationẽ neceſſa⸗
riam ⁊ nõ vltra ſe aſtringẽs. ſaluo nihilomi
nus iure addẽdi mutandi minuẽdi coꝛrigẽ⸗
di ⁊c̃. vt eſt moꝛis. Cõfines vero ſunt tales ⁊c̃

¶ Circa materiā huiꝰ libelli ⁊ eius formaȝ
multa ſubtilia ⁊ difficilia a doctoꝛibus ſolẽt
tractari. Et magna eſt queſtio legiſtarū a q
bus ꝑ̃ncipijs cenſeť rei vendicatio. Sed dici
tur cõmuniter ꝙ a dño actoꝛis ⁊ poſſeſſiõe
rei Et an dño poſſidẽti ⁊ detinẽti omni gene
re detentionū cõpetat rei vendicatio. tangit
Jo. an. in addi. ſpe. de ceſſi. actio. §. j. No. etiā
ꝑ modernos in. c. examiata. ḋ iudi. Item an
rei vendicatio etiā ſit foꝛmata ꝙ ex poſſeſſio⸗
ne rei reduci poteſt ad actū ⁊ ſupponat reuȝ
obligatū. de quo in ſpe. de acti. ⁊ peť. §. ij. v̇. ſed
quā vocas. Et no. plene ꝑ Ci. de ma. C. ḋ alie
na. iudi. mu. cau. fac. l. vnica. in vna queſtio⸗
ne. Ego dicā aliqua q̄ ꝓ declaratione ipſiꝰ li
bꝛi occurrūť. Pꝛimo ſciendū ꝙ in actiõe rea
li exꝑ̃menda eſt res q̄ petiť in li. de libel. ob. c.
ij. Et etiā eiꝰ q̄litas. vt cū petiť terra debet ex⸗
ꝑ̃mi an ſit aratoꝛia vel vineata. Si petať ma
teria infecta. puta maſſa. dicat qualitateȝ. vi
delicet an ſit aurū vel argentū. vel etiā expꝛi⸗
mat pondꝰ. Si eſt ſignata exꝑ̃mat numeꝝ.

de q̄ibꝫ p Jo.an.ꝛ Hosti. De q̄ etiā vide q̄l
debeat fieri ſpecificatio.in ſpe.de li.ꝯcep.§.iu
xta.v. Itē nō valet in actōe reali. Quia ſi fū
dus vel p̄diū habet ꝓpriū nomē exprimatur.ꝛ
duo fundi primi ſeu vicini. Sꝫ eni res de liq̄
ri p ꝯfinia.ꝛ ſi neceſſe fuerit ſubijciat̄ ocul' iu
dicis vl' aduerſarij.vt ibi no. Itē dꝛ in li.q li
cet fund⁹ ad. N.ptinuerit ꝛ ptineat ꝛc.ſi dice
ret ptinuerit nō addēdo ptineat.an ſufficiat
no.de cau.poſ.cū eccl'ia.in glo.de reſti.ſpo.cū
ad ſedē.in glo. Itē poſſet addi ī libello.ſ.pti
nuerit iure dn̄ij vel q̄ſi.vt in.c.abbate ſane.d
re iudi.li.vj. Et q̄dā dicūt libellū al's nō eē ad
mittendū.cū v̄bū ptinere habeat latiſſimā ſi
gnificatōꝫ.vt in.l.ptinere.ff.de v̄.ſig.no.in.ca.
cū eccl'ia.de cau.poſ. Sꝫ Guil.in ſpe.de cau.
poſ.ꝛ ꝓpri.in.§.ſequit̄ videre.v̄.alie ſunt rea
les.admittit talē libellū.p.c.int̄ dilectos.de fi.
inſtru.cū ſilib⁹. Et dicit ibi Jo.an.in addit.
ſpe.q cōiter libellarij eū admittūt.ꝛ videt̄ q̄ i
libello nō exp̄mit̄ cā petēdi.qꝛ h̄ nō opoꝛꝫ in
reali actiōe. Poteſt t̄n actoꝛ ſi vult cām exp̄
mere.de re iudi.abbate.li.vj. Et an tuti⁹ ſit ex
p̄mere cauſam.an nō.no.de li. obl.c.ij.de oꝛ.
cog.c.fi. Et p Jo.an. Nā tuti⁹ eſt vno reſpe
ctu exp̄mere cām.qꝛ ſi ex iſta cauſa agēs ſuc
cumbit.pōt eandē rē poſtea petere ex alia cā.
Nec obſtat ſibi exceptio rei iudicate qꝛ lꝫ rōe
dominij fiat ꝯdēnatio.nō t̄n generalit̄ ſupti.
ſed ad cām exp̄ſſam licet remotā q̄ ad dona
tionē limitati.de cau.poſ.c.fi.vt dicit Jo.cal.
contra L.ꝛ Pe.in.c.ij.de li.obl. Sec⁹ ſi ſimul
lam cauſaꝫ exp̄ſſit.q̄a tūc videt̄ omne ius ſu
um ī iudiciū deduxiſſe. Vn̄ ſuccumbēs po
ſtea nō audit̄.ſꝫ alio reſpectu tuti⁹ eſt nō ex
p̄mere certā cauſam.de q̄ in.c.abbate ſane.d
re iu.li.vj.ibi de h̄ q̄d iuris. Si cauſe q̄ erāt a
p̄ncipio deſerunt̄ pendēte lite.vl' nō erāt a p̄n
cipio.ſꝫ ſupuenerunt.an ex cauſis hmōi fieri
debeat ꝯdēnatio vel abſolutio. Et licet multi
ſunt modi acq̄rendi dominiū.vt inſti.d rer
diui.§.ſinglo᷑.ff.de acq̄.rer domi.p to. Tn̄
multū difficilis eſt ei⁹ ꝓbatio.vt in.l.cuꝫ res.
C.de ꝓbat̄. Vnde dato q nullā cauſam exp̄
mat actoꝛ in libel.in actōe reali.adhuc tamē
vt debeat obtinere.opoꝛtet ꝯſtare p ꝯfeſſionē
vel ꝓbationē de aliquo modo vel cauſa ſuf

ficienti ad dominiū rei acquirendū vel tranſ
ferendū.pro tanto eſt conſiliū legis.q q̄ꝫdiu
poteſt quis in cauſa intentare poſſeſſoꝛium
non agat de proprietate.vt in.l.is qui.ff.d rei
vendi. Et no. Bern̄.in.c.cum eccleſia.de cau
ſa poſſeſ.ꝛ proprie. Et etiā in ſpe.de acti.et pe
tit̄.§.ſequit̄.in.ver.ſi autē velis. Videam⁹ ex
emplū quomodo difficilis eſt ꝓbatio domi
nij.quia ſi ex cauſa emptōnis q̄s dicatur do
minus alicui⁹ rei opoꝛtet quattuoꝛ occurre
re. Primo q contract⁹ preceſſit. Secūdo q
preciū numeret̄ vel de eo fides habeatur.ſeu
al's ſatiſfaciat. Tertiū q traditio rei ſequat̄.
Quartū q venditoꝛ fuerat dominus. Iſta
ergo omnia ꝓbari debent quod difficile eſt.
de quo in ſpe.in loco p̄allegā. Poteſt tamē
quis intētare publicianā in qua leuioꝛes ꝓ
bationes ſufficiunt.quia nō eſt neceſſe pro
bare venditoꝛē fuiſſe dominū. quia publici
ana competit ei qui ex cauſa emptionis vel
cuiuſlibet alterius iuſti tituli rem bona fide
de aliquo accepit.credens eū dominū fuiſſe.
licet in veritate non eſſet. De quo in ſpecu.d
cau.poſſeſ.ꝛ proprie.in rubrica de ꝓprietate.
§.nunc dicendū reſtat.ꝛ in.ca.abbate ſane.de
re iudi.li.vj. Item dicit̄ in libello q reus deti
net res ꝛ occupat ſi hoc in libello non eſſꝫ ex
preſſum.an in fi.lit̄.reus eſſet abſoluendus.
Roff.tenet q non.ꝛ reprehendit iudiceꝫ qui
hoc facit ꝛ diſtinguit. Quia aut poſſidet aut
non. Si poſſidet eſt cōdemnand⁹. Si non.
adhuc ex quo liti ſe obtulit cōdemnand⁹ eſt
ac ſi poſſideret. Iſtud dictū Roff.ponit Jo
han.an.in addit.ſpe.de cau.poſſeſ.in rubrica
de ꝓprietate.§.j. Quo ad concluſionē ſeu ad
petitionē libri vt primo petit̄ per iudicem de
clarari rē ad N.pertinere. Item ſibi adiudi
cari.ꝛ A.vt reſtituat ꝛ vacuū tradat ſeu di
mittat cōdemnari. Verbū adiudicari expo
nunt Jo.Imo.ꝛ Archidya.in.c.abbate ſa
ne.de re iudi.li.vj.id eſt.iudicare ad ſe ſpecta
re. Et dicunt q adiudicatio fit proprie in acti
onibus que mixtā habent cauſam.ſꝫ res ali
cuiuſque ab aliquo alio detinet̄ petitur reſti
tui.ſed iure ciuili petit quis declarare reꝫ ad
ſe pertinere. Concluſio ergo libelli omīa iſta
comprehēdit.ꝛ ita ſolet fieri. Et ita per buꝫ re

ſtitui non pertinet ſolū ad poſſeſſoriū ſed eti-
am ad petitoriū. vt no. de do. ⁊ contuma. c. ij
⁊ in ſpe. de acti. ⁊ petit. §. ſequitur. Et ibi ꝑ Jo
han. an. in addi. de li. concep. §. fi. v̄. hoc autē
notandū. ⁊ in. c. inter dilectos. de fide inſtru.
in prin. Quia aliud eſt reſtituere rem. aliud
poſſeſſionē rei. Itē petit̄ res cū fructibus a
tempe occupationis ꝑcepitis. Nā bone fidei
poſſeſſor lucratur fructus ante lit. conteſt. ꝑ-
ceptos. Unde iſta petitio eſt intelligēda ſcḋm
diſtinctionē iuris cōmunis. De quo in ſpe.
de fructibus ⁊ intereſſe. §. j. De hoc ꝑ Jo. an.
in addit̄. de cau. poſſeſ. in rubrica de ꝓprieta.
Quomodo aūt ꝓcedit petitio expenſarū lit.
⁊ ſuper hoc ferri debeat ſententia cū ſit gene-
ralis incerta ⁊ de futuro. no. de ꝓcura. audi-
de libel. obla. c. ij. de ſequeſ. poſſ. c. j. cum ſi. In
fine libelli ponit̄ proteſtatio. ꝙ ad probatio-
nem neceſſariā tantū ſe aſtringit. de iudi. ex-
hibita. de proba. licet. ver. idem quoqꝫ. no. in
ſpe. de except. §. viſo. v̄. porro. de libel. concep.
§. vltimo. v̄. Item cōſueuerunt fieri. Itē illa
clauſula. ſaluo iure addendi ⁊c̄. de fi. inſtru.
inter dilectos. in principio. Et principaliter
aduocatus circa libellos concipiēdos debꝫ
aduertere tria. Primū ꝙ pauca ⁊ non ſup-
flua effundat. ſi tamen ponuntur ibi aliqua
ſuperflua dūmodo libellus al's ſit aptus nō
viciatur. no. de iudic̄. examinata. Secundū.
ꝙ ponat neceſſaria ⁊ vtilia. que probata ſu-
am iuuant intentionē. Tertiū ꝙ ponat ge-
neralia ⁊ non ſe artet. vt i proceſſu plures vi-
as ⁊ diuerticula plura habeat ad fulciēdam
ſuā intentionem. De qua ⁊ de quibuſdā ali-
is cautelis in ſpe. de libel. cōcep. §. vltimo. De
cautelis vero circa porrectionē ⁊ receptionē
libelli habendiſ. in ſpecu. de li. concep. §. ſequi
tur. Item in li. non exprimit̄ nomen actiōis
videlicet vt ſic dicatur. ⁊ ad hoc propōno rei
vendicationē. Nā hoc non eſt neceſſe maxi-
me ſcḋm canones. vt in. c. dilecti. de iudi. ſꝫ ſuf-
ficit proponi factū. Et debet tamen exprimi
tale quid per quod actōis natura cognoſca
tur. vt ibi no. ⁊ in ſpecu. de acti. ⁊ petit. §. p̄mo.
Item non eſt neceſſe ꝙ pars ſubſcribat dieꝫ
porrectionū li. vt per talē ſubſcriptionē ꝯſtet
de die dati libelli ⁊c̄. Sed hoc fit per tabellio-
nem qui ſubſcribat diem porrectionis li. ⁊ di
lationem datam reo. ⁊ ita ſeruatur. De quo
etiam in ſpecu. de libel. concep. §. j. ver. nec pre
dicta ratio. In perſonali actione format̄ ſic
libellus.

¶ De libello in actione perſonali

Coram uobis. ⁊c̄. ꝙ li-
cet poi-
ctus Seyus prefato Tino in decē
libris denarioꝝ talis monete vł pa-
gamenti. vel denarioꝝ currentiū. ⁊ cōmunit̄
datiuoꝝ in tali loco teneat̄ ex cauſa mutui vł
obligatus exiſtat. Uel ſic. ꝙ licet idē Sey
us Tino memorato teneat̄ in tot libris dna
rioꝝ. quos idē Titi⁹ eidē Seyo mutuādo
numerauit vel q̄s bona fide depoſuit apud
eū. Tamē hmōi debitū vel ꝓpoſitū hmōi ſi-
bi reddere p̄dic⁹ debitor ſuo creditori ante-
dicto ſoluere cōtradicit Quare agit ⁊ petit ꝓ
curator p̄dictus quatin⁹ precognito quan-
tum ſufficit de premiſſiſ. ꝓnuncietis decerna
tis ⁊ declaretis ſupradictū Seyū Tino pre-
fato in p̄expreſſa pecuniaꝝ ſumma ex cauſa
predicta teneri. eumqꝫ eidē Tino in hmōi de
bito cōdemnandū. ⁊ ad ipſi⁹ ſolutionē com
pellendū fore. ac cōdemnetiſ ⁊ cōpellatis per
veſtrā ſententiā diffinitiuā ⁊ cenſurā eccleſi-
aſticaꝫ. Hec petit vna cū expenſis lit̄. Ad ſu-
perfluā probationē ſe non aſtringēs ſed ad
eā ſolū que ſue ſufficiunt intentioni. de iure
addendi mutādi minuendi corrigēdi ⁊ aliiſ
vt eſt moris proteſtat̄. ¶ In iſto libello i acti
one ꝑſonali exprimit̄ cauſa petendi mutuuꝫ
vel depoſitū vel huiuſmodi. et hoc eſt neceſ-
ſe. vt in. c. vlt. de li. obla. Et quia ponit̄ in fine
libelloꝝ ſaluo iure addendi ⁊c̄. vt in forma.

¶ Sciendū ꝙ aliud eſt mutare ⁊ aliō emen
dare li. Et cōmuniter dicit̄ ꝙ mutare eſt cūꝫ
ſublata veteri actione ꝓponit̄ noua. q̄ſi dice-
ret. ꝙ ꝓprie mutare ſit ſubſtantia remota in
locū eius aliū ſubrogare. Emendare eſt ad-
dere vel detrahere quātitati petite. vt in ſpec̄.
de libel. concep. §. nūc oſtēdamuſ. Tn̄ alij di
cunt ꝙ emēdare eſt defectū in forma ſupplere
Qn̄ ergo vel vſqꝫ ad qd̄ tempus litis poſſit
mutari vel emendari libelluſ. poteſt dici ꝙ ſi
actor vult mutare hodie nō poteſt. q2 neceſſē

habet ꝑſiſtere oblato libello. Si vult emēda
re eo modo. quia petiit plus. modo vult pe⸗
tere minus poteſt vſqꝫ ad ſniam. Si vͦo alio
modo vt quia petiit minꝰ. modo vult petere
maius. poteſt vſqꝫ ad lit. ꝯteſ. poſtea nō ſine
nouo libello. De quo tamē plenius no. de li.
ob. c. ij. Et in ſpe. de lit. ꝯteſt. §. nūc oñdamus
Et ibi ꝑ Jo. an. in addi. Et qa libellus ꝑmuſ
in actione reali cōceptus eſt ī petitorio. Vñ
qa aliud eſt iudiciū poſſeſſoriū ſeu poſſeſſ. et
iudiciū ꝓprietatis ſeu petitoriū. vt de cā poſ.
⁊ ꝓprie. ꝑ totū. Et intentat̄ qñqꝫ ſolū poſſeſ⸗
ſorium. qñqꝫ vtrūqꝫ ſimul. qñqꝫ ſolū petito⸗
rium. Etiā in eodē libro ⁊ ab eadē ꝑte. ⁊ quā⸗
do poſſibilis ſit ꝯcurſus petitorij ⁊ poſſeſſo⸗
rij in eo. li. no. in. c. paſtoral. ⁊. c. cum dilectus
de cau. poſ. ⁊ ꝑ. Poſſeſſorium eſt triplex ſeu
poſſeſſorij ſunt tres ſpēs. ſ. adipiſcēde. retinen
de ⁊ recuperāde. de quo plene de cau. poſſeſſ.
paſtoralis. in glo. longa. No. ad intelligenti⸗
am ⁊ ſuꝑ eo in ſpe. de cau. poſſ. Vñ in inter⸗
dicto recuperāde quod competit ſpoliato ꝯ
ſpoliatorem ſic format̄ libellus.

¶ Libellus quando agitur in cauſa ſpoli⸗
ationis.

¶ Corā vobis ꝛc. ꝙ licet tempe ſpoliatōnis
infraſcripte ⁊ ꝑ plura tpa ante memoratus.
Titius fuit in poſſeſſione talis domꝰ et ꝑdij
in tali loco ſit. cuiꝰ confines ꝛc. Prefatus tñ
Seyus eū de poſſeſſiōe hmōi anno tali. mē⸗
ſe tali violēter expulit ⁊ eiecit. ⁊ temere poſſeſ⸗
ſionē domus vel ꝑdij eiuſdē ſpoliauit. Quā
quidē domū idē Seyus ab eo ſpoliatōis tē⸗
pore detinuit ⁊ occupauit. ⁊ detinet occupa⸗
tam. Vel ſic. ¶ Licet ꝛc. Tamen idē Sey
us Titiū eundē poſſeſſione domꝰ vel ꝑdij
hmōi ꝑ talē ſpoliari fecit. ⁊ eū de poſſeſſione
ipſa deijci mandauit ⁊ expelli. ¶ Vel ſic Q
licet talis Semproniꝰ nomine ⁊ ꝯtemplatō
ne Seij ſupradicti ꝑdictū Titiū poſſeſſione
ipſius domꝰ ꝛc. ſpoliauit. Ipſe quoqꝫ Sey
us eandē eodē modo ⁊ noīe ſuo factā ratā ⁊
gratā habuit. ⁊ habet ſe de domus vel predij
ſupradicti poſſeſſiōe intromittēdo ¶ Vel ſic
ꝙ licet ꝛc. Tamen cū idē Titiꝰ eſſꝫ poſſeſſor
domꝰ ꝑdicte ꝑ Semproniū violent̄ ſpolia
tus ⁊ de ipſa poſſeſſione eiectꝰ. memoratꝰ Se⸗
yus domū hꝰmōi ab eodē deiectore recepit.
ſciens ꝑdictū Titiū poſſeſſione ipſiꝰ per eū⸗
dem Semproniū vt ꝑmittit̄ ſpoliatū. Qua
re agit ⁊ petit ꝓcurator ꝑdictus noīe q̊ ſupra
q̄tinus cognito quantū ſufficit de premiſſis
ꝓnuncietis decernatis ⁊ declaretis poſſeſſio
nē domus ꝑdicte ſeu ꝑdij ꝛc. mihi violenter
ablatā fuiſſe ⁊ eſſe reſtituendā cū fructibus.
exinde a tpe ſpoliationis ꝑdicte citra ꝑceptiſ
⁊ qui ꝑcipi potuerūt ac dānis et intereſſe. q̊s
fructꝰ ſingulis annis ad tot maldra frumē⸗
ti Erfordenſis mēſure. Damna vͦo ⁊ intereſ⸗
ſe ad tot libras vel marchas ꝛc. eſtimat ſpoli
atus ſupradictꝰ. veſtra iudiciali ſalua eſti⸗
matione. Predictūqꝫ Seyū ad ꝑmiſſa eidē
Titio ꝯdemnandū ac cōpellendū fore. ac cō
demnetis ⁊ cōpellatis ꝑ veſtrā ſniam diffi⸗
nitiuā ꝛc. vt in alijs formis. ¶ In iſto libel⸗
lo ꝑmo narrat̄ quō Titiꝰ ſpoliatꝰ eſt ꝑ Se
yū poſſeſſione domus vl̄ ꝑdij. Et ita cōpetit
ſpoliato Titio ꝯtra Seyuꝫ ſpoliatorē inter⸗
dictū vnde vi. de reſti. ſpo. in litteris. cū ad ſe⸗
dem. c. grauis. cū ſi. Secūdo ꝙ titius ſpolia⸗
tus fuit de mādato Seij ꝑ aliū. Tertio ꝙ fu
it ſpoliatꝰ noīe ⁊ ꝯtemplatiōe Seij. ⁊ ipſe ſe⸗
yus ſpoliationē ratā habuit. Vñ iſti omneſ
tenerent̄ interdicto. vt in. c. cū ad ſedē. ſ. alleḡ.
Vel quarto ꝙ Titius fuit ſpoliatꝰ ꝑ Sem
proniū licet nō noīe Seij vel mādato eiꝰ. tñ
Seyus rē hmōi a Sempronio deiectore ſci
enter recepit. Unde tenet̄ interdicto ꝑ decre.
vnde vi. ꝑ. c. ſepe. de reſti. ſpo. ſ͛m vnū itellectū
eiuſdē. c. Vel ſ͛m aliū cōditione ex eadem de
cre. etiā ſic ꝯcluſio li. eſt cōmunis ad quodli
bet iſtoꝝ. Ad quālibet narrationē hmōi ap
ta eſt petitio cōcluſiua ꝑdicta. Et in hmōi in
terdicto eſt neceſſaria allegatio ⁊ ꝓbatio du
orum. ſ. poſſeſſionis ⁊ deiectiōis. de offi. dele.
cōſultationibꝰ. ⁊ hꝫ qñ intentat̄ interdictum
cōtra ipm ſpoliatorē. Sꝫ qñ ꝯtra eū q mān⸗
dauit ibi cū hoc ꝓbari oportꝫ mandatū. Vl̄
quādo cōtra eū q ratā habuit ꝛc. tūc oportet
etiā ꝓbari ratihabitionē ꝙ ſpoliatio ipſiꝰ no
mine vl̄ ꝯtemplatōe fuit facta. qꝛ ratū habe⸗
re q̊s nō poteſt qđ noīe ſuo nō eſt geſtū. ď re.
iu. li. vj. Vel ſi ꝯtra eū q nō ſpoliauit nec mā
dauit nec ratū habuit. ſed ſcient̄ rē recepit ꝛc.

Ibi oportet etiã ꝓbari ſcientiã. Unde dicit
Hoſti. notabiliter in dicta decre. ſepe. ꝙ q̄ ſci-
entiã allegat eã ꝓbare debꝫ. Et cũ gue ſit iſtã
ꝓbare, ꝑ tanto laudat ipe ꝙ ꝓponat cõditio
ex canone reintegrãda. iij. q. j. ꝑ qđ auxilium
ſubuenit̃ ei q̄ poſſeſſionẽ qualitercũqꝫ ami-
ſit. Sunt tñ diuerſi euſdẽ canonis ĩtellectuſ
vt ibi no. ⁊ in. c. cũ ad ſedẽ. ⁊ in. c. ſepe. allegat̃.
Itẽ in li. petit̃ poſſeſſio reſtitui. qꝛ meliꝰ ꝓnũ-
ciat iudex inter p̄dictã poſſeſſionẽ reſtituen-
dam q̄ꝫ rẽ reſtituendã. De q̄ in ſpe. de reſtit̃.
ſpoli. §. j. v. ⁊ no. ꝑ Jo. an. in. c. cũ ad ſedẽ. ſepi-
us allegã. Itẽ petit̃ res cũ fructibꝰ ꝑceptis. et
q̄ ꝑcipi potuerũt. no. in. c. grauis de reſti. ſpo.
Itẽ cũ damnis ⁊ intereſſe. vt ibi. Et etiã d̃ in
iurijs tenet̃. vt ibi plene no. Et debent̃ h̄ caſu
fructꝰ a tp̄e deiectõis. vt ibi no. Si autẽꝫ q̄s
ſpoliatur rebus mobilibus poteſt ſic forma
ri libellus.

Corã vobis ꝛc. ꝙ Anno tali. mẽſe tali predi-
ctus Seyꝰ Titiũ ꝑſatũ in tali loco vł itinere
ꝯſtitutũ inuaſit. eũqꝫ rebꝰ ſuis. ſ. libris. veſti-
mentis, pecunijs, ⁊ alijs q̄s deferebat temere
dep̄dauit. res huiuſmodi ab eo rapiẽdo et ſi-
bi auferẽdo violẽter. quas ad tot libras d̃na-
rioꝝ tal' monete eſtimat. veſtra iudiciali ſal-
ua taxatiõe. Quare petit ⁊ agit ꝑcurator p̄-
dictꝰ. q̄tinꝰ p̄cognita ꝛc. ꝓnũciens decerna-
tis ⁊ declaretis p̄dictũ Seyũ ſpoliatorem te
merariũ ad reſtitutionẽ reꝝ p̄dictaꝝ ſeu eſti-
mationẽ eaꝝ p̄taxataꝫ teneri Titio ſupradi-
cto. ⁊ ad hoc ſibi cõdemnandũ ⁊ cõpellẽduꝫ
fore. necnõ ꝯdẽnetis ⁊ cõpellatis ꝑ veſtram
diffinitiuã ꝛc. ¶ In tali li. ⁊ ꝯſimili nõ opor-
tet ſpecificationẽ fieri et exp̄ſſionẽ ſingulariũ
reꝝ. q̄a ꝓbata violẽtia ꝑ teſtes. res ꝓbãtur ꝑ
iuramentũ violentiã paſſi. De q̄ qđ me. cau
ſa. c. vlt̃. de oꝛ. cog. c. ij. cũ ſi. Itẽ exp̄mit̃ locꝰ et
tempꝰ. qꝛ tale interdictũ informat ⁊ includit
iniuriã. Unñ poſſet etiaꝫ ſpoliatꝰ petere ſatiſ-
factionẽ ⁊ emendã ꝑ iniuria. vt ſ̃ dixi. Ergo
illoꝝ exp̄ſſio in libello eſt faciẽda licꝫ ciuiliter
agat̃. de ꝓcura. tue. Itẽ q̄a in libello ponunt̃
v̄ba gerundiua. videlicet rapiendo. auferen-
do ꝛc. ſciendũ ꝙ quidã aduocati reoꝝ excipi
unt tale libellũ nõ ꝓcedere. Ratio ſm̃ eos. qꝛ
gerundiũ nihil ponit ſed potius determinat

ſed hoc non eſt veꝝ. quia gerundia etiam ali-
quid ponunt. ⁊ reſoluunt̃ in verbũ indicati-
uum. vt no. ff. ⁊. C. de eden. ſuper rubꝛi. Idem
enim eſt dicere dep̄dauit rapiendo. ac ſi dice
retur dep̄dauit ⁊ rapuit. Itẽ quia in ſenten-
tijs ponũtur gerundia. vt patꝫ de re iudi. ad
apoſtolice. §. auctoritate apo. firmiter inhibẽ
do ꝛc. Quare ergo non ponerẽtur in libellis
cũ ſententia debeat eſſe cõformis libello. d̃ ſy
mo. licet hely. cũ ſi. De quo ꝑ Jo. an. ĩ addi.
ſpe. de li. concep. §. nunc aũt ꝛc. Jam autẽꝫ li-
bello oblato ⁊ porrecto iudici per actoreꝫ vel
eius procuratorẽ. reus vel eiꝰ procurator pe
tat eius copiã inherendo ꝓteſtationi de non
conſentiẽdo in iudicem ꝛc. Si talis eſt iudex
cuiꝰ iuriſdictõ nõ eſt fundata. ⁊ ſibi dari ſeu
concedi inducias. ⁊ vocant̃ hm̃õi inducie de
liberatorie. ¶ Et de inducijs citatorijs. deli-
beratorijs. ⁊ preparatorijs ⁊ iudicatorijs no
tat̃. iij. q. ij. in ſumma. De iſtis ⁊ alijs viginti
ſpeciebus induciaꝝ in ſpe. de di'la. §. j. Et idu
cie deliberatorie de q̄bus ad p̄ſens. xx. ſũt di
es a iure taxate. iij. q. iij. offerat̃. non tamẽ ſic
ſunt ſtatute in tali numero dieꝝ quin iudex
eas abbreuiare poſſit. attentis circumſtãtijs
negocij ⁊ diſtantia locorũ vel ꝓlongare. no-
tat̃ de ꝓcura. dilectus. de appella. cũ ſit roma-
na. vt in glo. iij. ⁊ in regula indultuꝫ. de re. iu.
li. vj. Utrum autẽ iſte inducie ſint de ſubſtã
tia ſicut libellus. no. ꝑ Johan. xvij. q. iiij. vxor
per Innoc̃. ⁊ Hoſti. de libel. obla. ca. j. Et di-
cunt cõmuniter doctores ꝙ ſint de ſubſtan-
tia ſi petãtur. Quia licet iudex poſſit illas ar
tare ex cauſa. non tamen poteſt eas reo inui
to penitus denegare. vt in. c. j. de dilat̃. ⁊ in cle
men. ſepe. de ver. ſig. in glo. cum petitio. Iu-
dex ergo habet decernere ⁊ dare ſeu fieri mã-
dare copiam libelli reo expenſis actoriſ. de q̄
in ſpecu. de libel. oblã. Et poteſt concedere in
ducias reo vt dixi. ſtatuẽdo ipſi reo terminũ
ad omnes dilatorias exceptiones proponẽ-
das. Poſtea non audiat reum ſuper dilato
ria exceptione. niſi in tribus caſibus. vt in. c.
paſtoralis. de excep. Et iſta omnia ſunt per
tabellionem ſcribenda in actis ſub hac for-
ma vel conſimili.

Deinde Anno quo ſupra die tali.tali ho
ra comparuit in iudicio coram iudice p̄dicto
talis ꝑncipalis.vel talis eius ꝓcurator.⁊ libel
lum eius in ſcriptis obtulit infraſcripti teno
ris. Ex aduerſo talis ꝑncipalis vel talis eius
ꝓcurator coram p̄dicto dño iudice eo adhuc
ſedente ꝓ tribunali petēs p̄dicti libelli copiā
decerni.⁊ terminū competentē ad deliberan
dū ſibi poſtulauit ꝑ ipſum dñm iudicē aſſi-
gnari.cui ipſe iudex copiā libelli fieri ⁊ dari.
ꝑ me notariū decreuit.⁊ inducias petitas ſi-
bi cōcedendo.⁊ talē diē ⁊c.ad ꝓponendū om
nes dilatorias exceptiones ſibi forſitan com
petētes.Alioquin dicto libello rñdendo ꝓ ter-
mino ipſarum ꝑtiū vel earum ꝓcuratorum de ꝯſenſu
ꝑemptorie aſſignauit.Acta ſunt hec ⁊c.

Corā ordinario tabellio breuiter ſic ſolet
ſubſcribere diē porrectionis libelli ⁊ dilatiōnem
reo datam iſto modo

Exhibito hoc libello ꝑ talē actorē vel talem
eius ꝓcuratorē in ꝑſentia talis rei vel ipſius
ꝓcuratoris.Anno tali.die tali reſpondebit ꝑ
parte ipſius rei.vel ꝓponent omnes dilatorie
vel declinatorie exceptiōes die vel feria tali ⁊c

Reus accepto libello ⁊ obtentis inducijs
conſulat aduocatū ſuper eo.Et quomodo in de-
liberādo debeat ſe reus habere.tradit Guil.in
ſpe.de act.⁊ pet.§.in anteriorib9.Et ſi reus cō-
uenit in actione reali.ſed ipſam rē petitam ab
eo non poſſidet nec detinet veniat in termino
ſtatuto corā iudice dicēdo ſe nō poſſidere nec
detinere rē petitā in libello.⁊ res eſt expedita.
quia tunc dimittet.ff.de rei vendi.l.in rem.de
appel.ex par.te.de quo de excep.ca.vlti.⁊ de re iu
di.abbate ſane.li.vj.Si aūt poſſidet.ſꝫ nomi
ne alieno habet paratū auxiliū.in.c.quoniā
frequēter.§.ꝙ ſi ſup.vt lite.nō ꝯteſt.quia habꝫ
facultatē nominādi dominiū in iudicio ⁊ ſe
exonerādi.vt ibi.Sed ſi poſſidet nomine ꝓ-
prio.tūc offerēdo ſe defenſioni videat ſi habe
at aliquas exceptiōes ꝯtra iudicē.ꝯ actorem.
vel contra ei9 ꝓcuratorē.vel cōtra libellum ⁊
ei9 formā.iſtas in termino ſibi aſſignato om-
nes ꝓponat.vt no.in alle.c.paſtoral. Pro
quo ſciendū ꝙ exceptionū diuerſe ſunt ſpeci-
es.quia alie ſūt ꝑemptorie.alie dilatorie.alie
anormale.alie mixte.vt no.de except.excepti-
onum in glo.⁊ ꝑ Hoſti.in ſumma.eo.ti.§.ij.
Plenius in ſpe.eo.t.§.j.ij.⁊.iij.⁊ ibi in addi.tan
gunt etiā alie diuiſiones.quia alie ſunt ꝑpe-
tue.alie tꝑales.alie ꝑſonales.alie reales.de q
ibi.De ꝑemptorijs videbimus ſuo tempore

De dilatorijs ad ꝑſens videndū.Uñ di-
cunt dilatorie q̄a cauſam differūt.inſti.eo.t.
§.appellāt.Et dilatoriarum alia eſt dilatoria iu-
dicij.alia ſolutōis.Dilatoria iudicij eſt mul-
tiplex.quia alia petit rōe iudicis.alia ratōne
actoris.alia rōe ipſius rei excipiētis.vt quia eſt ꝑ
uilegiatus vel alias habꝫ ius reuocādi domū
vt de fo.cōpe.c.vlt.Alia rōe ꝓcuratoris.alia
rōe reſcripti.alia rōe loci.alia rōe tꝑis.ſ.feria
rum.alia rōe loci quia extra dyoc.alia rōe cau
ſe.alia rōe libelli.alia rōe fori.j.De quo in ſpe.
de excep.§.j.v.dilatorie vo.Et iſte regulariter
Opponēde ſunt añ lit.ꝯteſt.poſtea vō non.ni-
ſi in certis caſib9.de offic.dele.inſinuante.Et
quādo plures cōpetunt que illarum debeat pri
mo ꝓponi.no.in.c.alle.paſtoral.de excepti.et
c.inter monaſteriū.de re iudi.Et magna eſt
diuerſitas inter doctores de exceptōe recuſa
tionis an illa debeat eſſe prior.Tamē Jo.an.
ibi in nouella dicit ꝯcluſiue ꝙ omnis exceptio
ꝑ quā negatur iuriſdictio iudicis p̄cedit excep-
tionē recuſatōis.Utilis tamē eſt ꝓteſtatio de
tali exceptione recuſatōis.ſed non neceſſaria
Alias tñ exceptiones que non afficiūt iuriſdi-
ctionē p̄cedat recuſatio.Et hoc dicit tenēdū
poſt factū.ante factū cōſulit cū Lan.cuius
opinio ibi habetur in glo.quicūqꝫ.c.inter mo-
naſteriū.Si ergo reus habet exceptionē in-
ducentē nullitatē iuriſdictōis.puta ꝑ quam
redditur reſcriptū nullū.vel ꝑſona iudicis ina-
bilis.vt ſi dicatur reſcriptū impetratū ab excō-
municato ꝓpter quod eſt nullū regulariter.de re
ſcrip.c.ipſo iure.li.vj.Uel iudicē excōicatum
fuiſſe tꝑe impetrati reſcripti in quē nō cadit
iuriſdictio.vel ſimilē exceptionē iſtā ꝑmo ꝓ-
ponat.quia ꝑus eſt mittēda ſecuris ad radicem
ſcꝫ ad iuriſdictionē.vt.iij.q.vj.§.exceptio.ſi nō
habet talē.habet tñ aliā ꝯtra ꝑſonam iudicis
actoris ⁊ ꝓcuratoris.Tūc ꝑmo ꝓponat ex-
ceptionē recuſatiōis ꝯtra iudicem.vt no.in
c.paſtoralis.⁊.c.inter.ſ alleg.Uel melius ꝓ-
ponat eas ſimul diſiunctim ſeu ſubalternati

Et iſtã ſuſpitionẽ pͥmo ꝓponat ſeu proſeq̃t.
vt in dicto.c.paſtoralis no. Quõ aũt recuſe
tur ordinariꝰ et corã q̃ ſit ꝓbanda exceptio.
le.et no.de fo.cõpe.ſi q̃s ꝯ clericũ.⁊.c. licet.de
appel.cũ ſpeciali. Quõ aũt delegatꝰ recuſet ⁊
corã q̃ ſit ꝓbanda recuſatio.hẽt de offi.dleg.
ſup queſtiõe.⁊ eo.ti.ſi ꝯ vnũ.li.vj.cũ cõcord.
Et eſt recuſatio a iudice vel iuriſdictõne de-
clinatio ꝑ exceptiõem ſuſpitõis ꝓpoſita. Et
licet ex vna ſola cauſa iudex recuſet.puta q̃a
ſuſpectꝰ.iij.q.v.q2 ſuſpecti.vt lit.nõ ꝯteſt.ac-
cedẽs.j.⁊.ij.de appel.cũ ſpeciali. Illiꝰ tñ ſuſpi
tionis ſũt multe cauſe.et.xviij. enumerant̃ i
ca.legitima.de appel.li.vj. Et poteſt ſic forma
ri exceptio recuſatõis q̃ in ſcͥptis eſt ꝓponẽ-
da.de q̃ tñ in.c.q̃nia3.de ꝓba.⁊ ibi in glo.ſup
ṽbo exceptõẽs.⁊c.

## Forma exceptõis recuſationis.

Coram vobis dño iudice tali.⁊c. propo-
nit ꝓcurator ꝓcuratorio noĩe.⁊c.talis ⁊ dicit
ꝯtra pſonã veſtrã excipiendo ꝙ cũ talis ad-
uerſariꝰ ſuus veſter ſit conſanguineꝰ dome
ſticꝰ vel familiaris.⁊c.vos ex cauſa hmõi ſi-
bi eſtis vehemẽter ſuſpectꝰ. Et q2 ꝑiculoſũ ẽ
corã ſuſpecto iudice litigare.ĩdo rõ dictat vt
vos et iudiciũ veſtꝝ recuſet. Idcirco vos ta
q̃3 ſibi iuſte ſuſpectũ ex cauſa p̃dicta recuſat.
et cauſam ſuſpitõis hmõi ſe ꝓbaturũ offert
corã arbitris.q̃s cõmuniter eligẽ vna cũ ad
uerſario eſt paratꝰ. Et ſi in cõmuni ꝯuenire
nõ pñt.talẽ noĩat ⁊ eligit ꝑ pte ſua.et ĥq̃ñ iu
dex recuſatꝰ eſt ordinariꝰ vel delegatꝰ vnicꝰ
Si võ eſt delegatꝰ habẽs collegã.et dati ſũt
cũ clauſula ꝙ ſi ambo.tũc corã collega ẽ pro
banda exceptio recuſatõis. Unde tũc dicat
excipiẽs et cauſam ſuſpitiõis hmõi ſe offert
coram collega veſtro legitime probaturum
Si ſimpl̃r recurrit̃ ad arbitros.vt in.c.ſi cõ
tra vnũ.de offi.dele.li.vj. Et ibi q̃ñ delegatus
vel officialis epi recuſat̃. Uel ſi ẽ ſubdelega
tus tũc debet fieri ꝓbatio corã delegato.vt in
ca.ſup queſtionũ.de offi.dele.cum vero.⁊.§.
fi. De quo plene no.in.c.cũ ſpeciali.de appel.
Et ordinariꝰ recuſatꝰ poteſt cauſam alteri
cõmittere.de fo.cõpe.ſi q̃s ꝯ clericũ.⁊.c.cum
ſpeciali.de app. Et an ĥ poſſit delegatꝰ et q̃ñ
habet̃ in.c.iudex.de offi.deleg.li.vj. Et q̃d dr

in forma exceptõis ꝙ recuſans offert ꝓbatõ
nes cauſe recuſatõnis.et petit electionẽ arbi
troꝝ. Dicit Inno.in.c.cũ ſpeciali.ſupra alle.
ꝙ hoc non eſt neceſſe.ſed hoc iudex habet ab
eo requirere.de quo ibi.et hoc q̃ñ reus recu-
ſat. Poteſt etiã actor recuſare iudicem.non
tamẽ delegatũ quem impetrauit ex veteri cã
ſed ex ſuperuenienti.de offi.delega.inſinuan
te.⁊.c.ſuper queſtionũ. Ordinariũ poteſt re
cuſare.vt in.c.alle.ſi quis contra clericũ.d fo.
compe.⁊ tũc actor debet et poteſt ſic formare
ſuã recuſationem.

## Forma recuſatõis ordinarij.

Domine epiſcope ego vellẽ cõuenire ad-
uerſariũ meũ talem ſubditũ veſtru3.ſ3 quia
iſte eſt conſanguineꝰ vel amicꝰ veſter ſpecia
lis.et vos tanq̃3 nimis fauens eidem michi
eſtis ex hmõi cauſa ſuſpectꝰ. Ideo ſupplico
quatinꝰ cauſam hmõi alteri cõmittatis.ſeu
mihi detis delegatũ.⁊c. ¶ Quõ aũt ꝓcedat̃
in articulo recuſatõnis.id eſt.ſuſpitõnis .le.
et no.in.c.ſuſpitionis.de offi.dele. de appella.
cũ ſpeciali.e.ti.legitima.li.vj.cum remiſ.ſuis
Et de arbitris ſuper hoc eligendis. q̃ arbiter
iure appellet̃ in.c.de arbi.de offi delega .li. vj.
Si vero reus nõ habet exceptõnem contra
pſonam iudicis.videat an ſibi cõpetant alie
exceptõnes.videlicet contra pſonã actoris.
an ſit minor vel excõmunicatꝰ.⁊c. Et excepti-
ones q̃ poſſunt fieri contra actorẽ ponit ſpe.
ti.de actore.§.j.vel contra forũ vel locum.⁊c.
vt ſupra dixi.

## Exceptio contra actorem.

Poteſt ergo ſic excipere contra actore3.
Procurator noĩe procuratorio diſcreti viri
Seij pro parte Titij in iudiciũ et cauſa3 vo
cati.coram vobis dño epiſcopo vel offic.⁊c.
ꝓponit et dicit excipiendo ꝙ p̃fatus Titius
eſt in pupillari etate conſtitutꝰ.quare in iu-
dicio eẽ ⁊ agere nõ poteſt.nec debet admitti.
vt ꝑ ſe ſtando in iudicio ꝓſequat̃. Idcirco
competit ꝑ vos pronũciari.decerni.⁊ decla-
rari predictum Titium pſonam ſtandi in
iudicio non habere. Nec eũ ad agendu3 eſſe
admittendu3.condemnando eum predicto
Seyo in expenſis. Uel contra libellũ poteſt
ſic excipere reus.

## ¶ Exceptio contra libellum.

¶ Excipiendo ꝓponit ꝓcurator nomine. ꝛc.
cōtra ꝑtenſū libellū ſibi corā vobis honora⸗
bili dn̄o decano iudi. vel offi. pro parte talis
oblatū. Et dicit ꝙ hmōi ꝑtenſus libellus ob
ſcurꝰ eſt. generalis. incertꝰ. dubius. cōfuſus
et ineptꝰ. ⁊ alias. ꝛc. et ad eum ꝓ parte ꝑdicti
N. minime reſpondendū. ꝛc. maxime ex eo
q̄a in eo nō exprimit̄ cauſa petendi cū tamē
datus ſit in actione ꝑſonali. vel ex eo q̄a res
petita minime ſpecificat̄ ꝑ cōfinia vel alias.
ſic ꝙ reus valeat deliberare. vł q̄ manifeſtā
ꝯtinet ꝯtrarietatem ⁊ ineptitudinē. Ideo ꝑ
iudicem ex officio repellendꝰ ⁊ reijciendꝰ eſt
et limitandꝰ. Quare petit ꝓcurator predic⸗
to nomine quo ſupra. quatenꝰ ꝓnuncietis.
decernatis. ⁊ declaretis. ꝑaſſerto libello tāq̄
obſcuro. incerto. ⁊ inepto. pro parte predicti
N. nō fuiſſe nec eſſe reſpōdendū. Ipſumq̄
libellū ꝑtenſum reijciendū ⁊ repellendū. ac
ꝑdictū reum a veſtra inſtantia iudicij abſol
uendū reijciatis ⁊ abſoluatis. Ipm̄ actorē
ſibi in expenſis ꝓpterea factis ꝯdemnando
ſaluo iure addendi. ꝛc. Q2 cauſa petendi in
ꝑſonali actione eſt exꝑmenda patet de li. ob.
c. vlti. Et in reali eſt res exꝑmenda ⁊ ꝑ ꝯfinia
ſpecificanda. vt de li. ob. c. ij. vt ſupra dictū ē.

¶ Et ſciendū ꝙ cautū eſt ſic petere. vnde nō
debet petere reus ꝙ actor declaret libellū ob⸗
ſcurū. vel ineptū emendet. quia ſic inſtrueret
ipm̄ actorē. ſed petat. vt ſupra. Et tūc poſtea
ſm̄ formā hmōi petitionꝭ. habet interloq̄ iu⸗
dex. vt no. de li. ob. c. vlti. ⁊ in ſpe. de li. ꝯcep. §.
ſequit̄ videre. v̄. Item ꝑcepto. ⁊ §. ad huius.
v̄. cautꝰ etiā. Et qualiter vel ex quibꝰ cauſis
impugnari poſſit libellꝰ. ponit Guil. in ſpe.
de li. ꝯcep. §. iuxta. Uel ſi reus vult declinare
forū iudicis. vt q̄a eſt laicꝰ. et eſt cauſa ꝓpha
na et coram eccleſiaſtico iudice ꝯuenit̄. pōt
ſic excipere ꝓcurator nomīe ꝓcuratorio. ta⸗
lis. ſ. rei ꝓponit ⁊ dicit excipiendo ꝙ cū cau⸗
ſa in ꝑtenſo li. predicto reo pro parte actoris.
Coram vobis honorabili dn̄o offic. ł iudic.
ꝛc. oblata ꝓpoſita cauſa ſit ciuilis ⁊ ꝓphana
ipſeq̄ reus laicꝰ exiſtat et paratꝰ coram ſuo
laico iudice ſeculari reſpondere cuiꝰ forum
actor ſeq̄ deb3. Idcirco libello ꝑdicto ⁊ ſupra
cauſa hmōi ꝑtenſa coram vobis reſpondere
nō tenet̄. ſed ad iudicē ſuū fori ſecularis. vi⸗
delicet talem. eſt remittendꝰ. Quare petit ꝑ
vos ꝓnūciari decerni et declarari ꝑdictum
reum ad reſpondendū li. ꝑaſſerto. vel alias
ſuꝑ cauſa ꝑdicta litigandū corā vobis nō te
neri. ſed ipm̄ ad ꝑdictū ſuū iudicē cōpetētem
ſecularē remittendū fore ⁊ remittatis ꝯdem
nando ſibi actorem in expēſis. ꝛc. Iſta ex⸗
ceptio ꝓbat̄ p. c. nouit. de iudi. ⁊ c. cum ſit. de
fo. compe. ⁊ c. licet. ⁊ c. ex parte. eo. ti. Si ergo
in termino dato ad deliberandū reus oppo⸗
nit exceptionē dilatoriā aliquam ꝺ ꝑmiſſis.
vel aliam actor vel eiꝰ ꝓcurator petat eiꝰ co⸗
piam ſibi decerni ꝑ iudicem ⁊ terminū com
petentē ad replicandū aſſignari. quod hab3
facere iudex. Et hec ſcribunt̄ per tabellionē
ſub hac forma.

## ¶ Forma actuū in actibus ſignan⸗ dorum.

¶ Termino ꝑdicto adueniente videlic3 ta⸗
li die cōparuit cora3 ꝑdicto dn̄o iudice ſedē⸗
ti pro tribunali ad ius reddendū. talis reus
vel talis eiꝰ procurator ⁊ exceptōes in ſcꝑtis
obtulit. quarum tenor inferiꝰ ꝯtinet̄ petens
iſtas admitti. Talis vero actor vel ipſiꝰ pro
curator cōparuit ex aduerſo. et earunde3 ex
ceptionū copiam ſibi decerni ⁊ dari petiuit.
ac terminū competentē ad replicandū et di⸗
cendū ꝯtra exceptiones hmōi ſibi cōpeterit
ꝯtra eas ei aſſignari. Cui iudex ꝑfatꝰ copia3
petitam decreuit. et talem diem ad replican⸗
dū ⁊ dicendū ꝯtra exceptōes hmōi ſi volue⸗
rit pro termino ꝑemptorio ſibi aſſignauit.

¶ Corā ordinario ſcribere ſolet tabellio bre
uiter in fine exceptōis iſto modo. Exhibitis
his exceptōibꝰ per talem reum vel eius pro⸗
curatorem in ꝑſentia talis actoris vel ſui ꝓ⸗
curatoris. Anno tali. die tali reſpondebit̄ vł
ꝯtra eas replicabit̄ ꝓ parte actoris tali die.
quem terminū de vtriuſq̄ ꝯſenſu ad h̄ duxi
mus ꝑfigendū. Actor ergo in termino ſibi
ad dicendū ꝯtra exceptōes ſtatuto poteſt re
plicando exceptionē elidere. videlicet excepti
onis replicatōe. id ē. reſolutione illo modo.
Contra exceptōnes pretenſas ⁊ oppoſitas ꝓ
parte talis rei. ꝛc.

¶ Forma replicatōis cōtra excepti onem recuſatōis iudicis.

¶ Coraʒ vobis honorabili dn̄o iudice vos ex tali cauſa vt ſuſpectuʒ recuſando ꝓponit procurator ꝓcuratorio noīe talis actoris. et dicit replicando ꝙ exceptōes hm̄ōi friuole ⁊ fruſtratorie nō ſunt admittende. nec ipe reꝰ vos ⁊ veſtrā ꝑſonaʒ poterit taliter recuſare. Cum et ſi p̄dictꝰ actor ſit ꝯſanguineꝰ veſter. tn̄ qa etiā ipſe reus eſt cōſanguineus veſter idcirco par affectōnis cauſa ſuſpitōeʒ tollit Uel ſic. Licet ipe actor veſter dicat̄ amicus qꝫ tn̄ ſi aliqua inter vos ⁊ eum eſt amicicia. iſta eſt leuis et modica. et talis n̄ eſt propter quā merito debeatis vt ſuſpectꝰ recuſari. cū nō omis amicicia ſufficiēs ſit cauſa ad iudicem recuſandū. Quare p̄dictus petit procurator quatinꝰ p̄allertis exceptōnibꝰ non obſtātibꝰ pronūcietis decernatis et declaretis. li. p̄dicti actoris fuiſſe ⁊ eſſe reſpondenduʒ et in cauſa hm̄ōi ꝓcedendū ad vlteriora. Ipſumqꝫ reum ad h̄ cogendū fore atqꝫ cogatis. et eū p̄dicto actori in expēſis legitime ꝯdēnetis. ¶ Hec replicatio colligitur ex nota. in. c. accedens. vt lit. non cōteſt. et ex nota. in. c. poſtremo. de appel. in glo. v̄. ſed vſqꝫ ad quē gradum. ⁊c. de offi. delega. inſinuante. glo. j.

¶ Contra exceptionē declinatoriā fori p̄ōt actor ſic replicare.

¶ Replicando ꝯtra exceptōnes p̄tenſas talis rei procurator ꝓcuratorio noīe tal' actoris ꝓponit ⁊ dicit. ꝙ exceptiōes hm̄ōi p̄tenſe nō ꝓcedūt nec ſunt admittende. ſꝫ tanqꝫ fruſtratorie ⁊ friuole repellende. Nam licet conuentus ſit laicꝰ ⁊ cauſa ꝓphana. locuſ tamē domicilij rei eſt ſ vestra iuriſdictōe tempali Uel ſic. de cōſuetudine tn̄ longeua et p̄ſcripta legitime vobis iuriſdictio competit ⁊ cognitio ī hac parte. Uel ſic. Ipſe tamē ſecularis iudex rei eſt ſepius ſup hoc ꝑ parte actoris inſtanter et humiliter requiſitꝰ. q̄ tn̄ ipi actori iuſticiā miſtrare neglexit vel recuſauit. ⁊c. Quare petit vt ſupra dixi in ꝓxima replicatione. Iſta replicatio fundat̄ ſup. c. licet. ſ foro compe. et. c. ſi duobꝰ. de appel. cū ſimilibꝰ. Et poſt iſtam replicatōnis oblatōem aliqū reus petit copiam et terminū ad duplicādū Uel ſi renūciet duplicationi ⁊ petit interlocutoriā. totum debet ſcribi ꝑ tabellionē ī act. Et poteſt colligi forma ſcribendi ex p̄cedentibꝰ. Que aūt ſit replicatio et q̄ūo debeat eē talis ꝙ afficiat tollat ſeu elidat vel viciet ipſam exceptionē ſicut exceptio actionē l' actū viciat cui oppont̄. plene no. ꝑ Jo. an. in. c. a nobis. de excep. ⁊ in. c. vlt̄. et de ordi. cogni. Et dr̄ ꝙ replicatio eſt allegatio actoris ꝑ quam reſoluit̄ exceptio. inſti. de repli. in p̄n. Uel latius ſumendo omittat̄ verbū actoris. Un̄ replicatio eſt etiā exceptio. Et dr̄ q̄ſi exceptionis excluſio. ff. e. l. penul. Et tantū de exceptionibus dilatorijs iudicij. ⁊c.

¶ Exceptio dilatoria ſolutionis.

DE dilatorijs ſolutionis q̄ debent ante lit. ꝯteſt. proponi. et ſi de ea ꝯſtet videlicet ꝙ differenda eſt ſolutio. tunc impedit proceſſuʒ et inducie duplicabunt̄. qa petijt plus tempore. de plus peti. c. vnico. Si non ꝯſtat ꝓbabitur poſt lit. ꝯteſt. ꝑ Inno. et alios in. c. paſtoralis. de excep. Et in ſpe. de excep. §. nūc videndum reſtat. in p̄n. Et formā poſtea videbiſ Eſt etiam exceptio anormala. vt eſt exceptō excōmunicatōnis in vim dilatorie oppoſita Et dr̄ anormala quaſi ſine regula. quia nō ſequit̄ normā aliaꝝ exceptionū. qa in qualibet parte lit. et poſt lit. ꝯteſt. vel etiam añ ſententiā poteſt opponi. vt in cle. vnica. ſ excep. et. c. pia. eo. ti. li. vj. Si tamen reus omittat eā opponere malicioſe et doloſe vt actor fatiget̄ talis ꝯdemnabit̄ actori in expenſis. vt in ca. exceptionē. de excep. Et poteſt eadē exceptio bis opponi. ſꝫ vltra duas vices nō opponitur vt in. c. pia. e. ti. li. vj. Poteſt ergo ſic opponi ⁊ formari talis exceptio.

¶ Procurator talis rei ꝓponit excipiendo et dicit ꝙ vos dn̄s iudex ad inſtantiaʒ talis actoris in cauſa quā mouet ſeu mouere intendit p̄dicto reo coram vobis procedere nō poteſtis. nec eū ad agendū ſeu cauſam inceptam ꝑſequendā debetis admittere ſeu audire. nec ipſe poteſt ī iudicio ſtare tāqꝫ actor ꝓ eo qa ꝑ talem iudicē ordinariū vel delega

tum.vel auctoꝛitatetalis canonis eſt maio
ris excõmunicationis ſententia innodatus
Quare petit ꝑdictꝰ procuratoꝛ ꝑ vos ꝓnũ
ciari decerni et declarari ꝑdictũ excõmuni
catũ repellendũ eſſe ab agendo quẽ ⁊ repella
tis. Et in iſta exceptione excõmunicationis
debet expͥmi nomẽ excõmunicatoꝛis. ⁊ ſpeci
es excõmunicatõnis debet expͥmi. alias non
eſt admittenda. Et talis debet probari infra
octo dies apertiſſimis documẽtis. Alioqn
debet excipiẽs cõdemnari in expenſis. qa fre
quenter malicioſe ꝯſueuit opponi. vt ĩ. c. pia.
de excep. li. vj. vbi de iſta exceptione plene. Et
qa tam ille q̃ꝫ alie exceptiones conſueuerũt
malicioſe opponi ad litis protractionem.

Unde iudex poteſt cogere excipientem vt
preſtet iuramentũ de malicia ꝙ eas malicio
ſe non opponat. de quo in ſpe. de excep. §. ij. v́.
Poteſt etiam iudex. Nam hoc iuramẽtuꝫ
de malicia poteſt in quacũqꝫ parte litis exi
gere iudex qñ ſibi videbit̃ expedire. vt de iu
ra. calũ. c. ij. vlti. Rũſo. li. vj. Et contra aduo
catos malicioſe exceptiones tales ꝓ reis cõ
fingentes. vide in ſpe. de excep. §. viſo. v́. Itẽ
nota ſm Uber. circa finem. Contra ꝑdictã
v́o exceptõem excõmunicatõis poteſt repli
care actoꝛ iſto modo.

## Qualiter actoꝛ replicare debꝫ cõtra exceptionem anoꝛmalam.

Coꝛam vobis honoꝛabili dño iudice tal̃
procuratoꝛ talis actoꝛis ꝯtra exceptõeꝫ pro
parte talis rei ſibi oppoſitã replicando ꝓpo
nit. et dicit ꝙ ꝑdicta exceptio ĩ facto ñ ẽ v́a nᶜ
admittenda. qa licet ꝑdictꝰ actoꝛ alias ꝑ talẽ
iudicem fuerat excõmunicatꝰ. ipſe tñ ab ea
dem ſententia eſt per ipm̃ iudicem abſolutꝰ
Ad quod probandũ lr̃as abſolutõnis pro
ducit. et petit per vos pronũciari predicta ex
ceptione nõ obſtante eſſe in cauſa ꝓcedẽdũ
et procedi videndũ ad vlterioꝛa. Uel poteſt
ſic replicare.

Coꝛam vobis. ⁊c. vſqꝫ ibi. Et dicit ꝙ ꝑal
ſerta exceptio non procedit. ſed friuola eſt et
fruſtratoꝛia. nec eius pretextu debet actoꝛ ab
agẽdo excludi cũ ipa excõmunicatõis ſentẽ
tia pretenſa quã allegat nulla ſit ⁊ irrita ipo
iure ꝓ eo ꝙ intolerabilẽ ꝯtinet erroꝛẽ. vel pro
eo q̄ ante ſententiã candeꝫ aſſertã ipſe actoꝛ
ab ea ⁊ ꝑdicto iudice eam proferente ex cau
ſa legitima appellauit. vel q̄ ipa ſententia eſt
ꝑ nõ ſuũ iudicẽ lata. Iſte exceptões ꝓbant̃
de arbitris. c. innotuit. de ſen. excõ. ꝑ tuas. de
ꝯſue. ad noſtrã. cũ ſi. de iudi. at ſi clerici. cum
ſi. et concoꝛd.

## Forma duplican. actoꝛis.

Reus aũt poteſt ſic duplicare. dicẽdo cõ
tra replicationẽ. Pro parte talis actoꝛis cõ
tra exceptõnẽ talis rei oblatã. ⁊c. proponit ꝓ
curatoꝛ ipiꝰ rei duplicando. Et dicit ꝙ ipſa
replicatio ꝑtenſa eſt inutilis ⁊ inualida. nec
exceptõnẽ ipiꝰ rei verã ⁊ legitimã inficere po
tuit ⁊ viciare. cũ ille a quo actoꝛ ſe abſolutuꝫ
aſſerit abſolutõis tpe minime habuit abſol
uendi poteſtatẽ. Quare petit procuratoꝛ ip
ſius rei ꝑdictus ſuis exceptõnibꝰ inherẽdo ꝑ
vos ꝓnũciari ⁊ fieri ꝓut ĩ ipis exceptõibꝰ eſt
petitũ. ⁊ actoꝛẽ ſibi in expenſis ꝯdẽnari. ꝓpo
ſitis ſic exceptõibꝰ. replicatõibꝰ. duplicatõi
bus. ⁊ aliqñ triplicatõnibꝰ quadruplicatio
bus. tandem ꝑtes vlterioꝛibꝰ ſuꝑ altricati
onibus renũciantes. petant interloq̃ ſuꝑ exce
ptione vel replicatione ſua. Iudex ꝑ ſuã in
terlocutoꝛiã ꝓnũciabit ſuꝑ exceptõne an ob
ſtet vel nõ. vel ſi ſuꝑ ea inducte ſint ꝓbatões
an ſit probata vel non. Quia tales exceptio
nes dicũt̃ emergentes. ⁊ ſuꝑ illis eſt ꝓnũciã
dum. licet ſuꝑ incidenti non ſit neceſſe ꝓnun
ciare. De q̃ plene de oꝛdi. cogni. c. j. Et an ſit
ꝓnũciandũ ſuꝑ exceptõe rei vel replicatõne
actoꝛis. no. plene in. c. a nob. de excep. ꝑ doct.
Quia ſi exceptio eſt emergẽs tũc q̃ntũcũqꝫ
ſequat̃ replicatio. duplicatio. triplicatio. ⁊c.
ſatis erit ſuꝑ exceptõne ꝓnũciari. vt ibi not.
Eſt etiã vt dixi exceptio mixta. vt ſi reꝰ dicat
ſe debitũ petitũ ꝓmiſiſſe ſub ꝯditõe ſcꝫ ſi Ti
tius aſcenderit capitoliũ. Iſta vocat̃ mixta
ideo q̄ dubiũ eſt an ſit dilatoꝛia an ꝑempto
ria. Nam ſi extabit conditio erit dilatoꝛia. ſi
nũqꝫ extabit cõditio ꝑemptoꝛia. qñ ergo ſit
opponenda ante litis cõteſt. vel poſt tangit
Guil. in ſpe. de excep. §. j. in fi.

## De exceptionibus peremptoꝛijs

Exceptões aũt ꝑemptoꝛie ante lit. ꝯteſt.
regulariẽ locũ nõ habẽt ſꝫ poſt. Excipiũtur

tres caſus.videlicet qñ excipit̃ de re iudi.trãſ
acta.vel finita. Iſte tres pempt̃.ſũt ꝑuilegia
te ꝙ ante lit.ↄteſt.opponi poſſunt.⁊ ipam lit.
ↄteſt.impediũt.vt in.c.j.de lit.conteſt.li.vj.ſic
habẽt naturã ꝑiudicialiũ q̃a ꝓceſſui ꝑiudi
cant. Et q̃ñ quattuor modis dr̃ poſitio vel
exceptio ꝑiudicialis.no.de or.cog.c.tuaꝫ.ibi
de hoc p Hen.inſti.de acti. Et in ſpe.de acti.
et peti.§.ꝑiudiciales.et in.c.exceptõis.de lit.
ↄteſt.li.vj. Aduertendũ ergo ꝙ ſũt exceptio-
nes pemptorie que ꝓponi poſſunt et ꝓbari
ante lit.ↄteſt.et poſt vſqꝫ ad ↄcluſioneꝫ cau-
ſe.vt ſũt p̃dicte tres ꝑuilegiate. Alique tamẽ
ſunt que nõ poſſunt ante lit.ↄteſt.opponi.ſic
vt lit.ↄteſtatõem impediant.ſed ſolũ poſt li-
tis ↄteſt.vſqꝫ ad ſententiã ſeu ↄcluſionẽ cau
ſe.et iſtud eſt regulare. Iteꝫ ſunt alique que
etiam poſt ſententiã poſſunt opponi et ꝓba-
ri etiam ſi a ſententia nõ fuerit appellatuꝫ. ſic
eſt exceptio cõpenſationis.de quo d̃ or.cog.
ca.vlti.de fi.inſtru.cum Io. Et in ſpe.de ap
pel.§.penul.v̂.ſed nunq̃d in cauſa. Unde ex-
ceptionũ pempt̃.alique ſunt que non ſtant
per ſe.ſed ſtant inq̃ntum cõcernunt ꝑncipa
les actiones.vt exceptio pacti de non agen-
do et conſimiles.que nõ opponunt̃ poſt ſen-
tentiam.niſi in cauſa appellatõis.quia vis
ſeu effect⁹ illaꝝ tollitur p ſententiã. Alie ſunt
q̃ ſtant p ſe ſic ꝙ de ſui natura nõ cõcernunt
ꝑncipales actões.et ſic vis iſtarũ non tolli
tur p ſententiã.ſic exceptio cõpenſatõis Et
ideo opponunt̃ etiam poſt ſententiã.de quo
tamen dicendũ vt no.de or.cog.c.vl. Et caſ⁹
ĩ quib⁹ opponitur exceptio pemptoria poſt
ſententiam ponit Guil.in ſpe.de excep.§.di-
cto.v̂. Poſt ſententiã aũt.et ſeq̃nti. Et Oſti
enſ.in ſum.e.ti.§.et q̃ñ.v̂.in caſib⁹ non.d̃ ſen.
et re iudi.ſub rubri.de re iudicata.§.quãta.v̂.
nec exceptione pempto. Item q̃ñ aliq̃ per-
emptoriarũ dicunt̃ ꝓprie exceptões. Alique
defenſiones. Exceptiones vocant̃ que ipſo
iure tollũt obligationẽ naturalem.ciuilẽ nõ
ſed iſtam ope exceptionis elidũt. Unde me-
lius exceptiones eliſorie q̃ꝫ pempt̃.vocaren-
tur.q̃a nõ perimũt actionẽ.ſed elidunt.vt ex
ceptionẽ pacti de non petendo in perpetuuꝫ
et iuſiurandũ.⁊ ſimiles defenſiones que ipſo
iure tollũt ⁊ perimũt omnẽ actionẽ.vt ſolu-
tio.acceptilatõ.de quo in ſpe.de excep.in ꝑn.
iſte licet defendãt reum.non tñ̃ excludũt vel
elidunt actionẽ.cum nulla ſit actio.q̃r ſubla
ta. Aliqui tñ̃ vt Franciſc⁹ ẜcell.volunt dice
re ꝙ differentia ẜborũ hmõi reſpiciat ſolum
vſum et modũ duplicẽ alloquendi q̃ rei vtũ
tur.dicendo.excipiendo.ꝓpono.vel ad iuriſ
mei defenſionẽ ꝓpono. Uel vt dicit ip̃e defẽ
ſio poteſt dici que reum ꝑſonaliter d̃fendat.
exceptio que realiter elidit.de quo p Io.an.
in dicto.c.exceptionis.de lit.ↄteſt.li.vj.in no-
uella. Si ergo reo deficiũt dilatorie ſi habet
aliquã de pempto.ꝑuilegiatis lit.cõteſt.im-
pedientib⁹.p̃t ſe ad illam ↄuerte̾ et opponere
eam ante lit.ↄteſt. Et erit tũc forma exceptõ
nis iſta.

## Forma exceptõis preiudicialis.

Coram vobis honorabili viro dño offi-
ciali vel iudice.⁊c.procurator noĩe ꝓcurato-
rio talis rei ꝓponit ⁊ dicit excipiendo ꝙ illa
vice inter p̃dictum reum ⁊ actorẽ p̃fatũ corã
tali iudice ipi⁹ rei cõpetenti.de ⁊ ſup pretẽſo
debito p ip̃m actorẽ ab eodem reo etiaꝫ ex ea
dem cauſa.etiam petita vel de ⁊ ſup re in pre
tenſo ipi⁹ actoris libello petita quã actor ad
ſe generaliter vel ex cauſa tali tũc et̃ aſſeruit
ꝑtinere extitit litigatũ.et ip̃e actor ab eodẽ iu
dice ↄriam ſñiam diffinitiuã reportauit per
quã reus ip̃e ab ei⁹ impetitõe fuit abſolut⁹.
q̃ ſñia appellatiõe nõ ſuſpenſa in rem tranſi-
uit iudicatam. Uel ſic.

Coram vobis.⁊c.vſqꝫ ibi.extitit litigatuꝫ
Et tandem partes ip̃e ſponte ⁊ libere ſup hu
iuſmodi queſtione et lite trãſierũt.ſic ꝙ ipſa
cauſa p tranſactionem ſopita eſt ⁊ extincta.
Unde ip̃e actor nũc ſopitam eo modo que-
ſtionẽ reſuſcitare et refricare p̃ſumẽs. ſup h̃
obſtante ſibi re iudicata vel tranſactõne p̃di
cta audiend⁹ nõ exiſtit. Quare p̃dictus pro
curator rei petit p vos pronũciari decerni et
declarari p p̃fatum actorem ſup petitõe ſua
et cauſa hmõi non eſſe vlteri⁹ audiendum.
nec ad agendum fore admittendũ predicto
reo in expenſis legitimis condemnetis. Ita
debet petere quãdo iſte exceptões opponũt̃
ante lit.ↄteſt. Et tũc etiã ſm̃ iſtam petitõnis

formā habȝ iudicis pnūciatio fieri. vt no. in
ca. j. de lit. ɔteſt. li. vj. Propter qḋ eſſȝ tuti⁹ ex
ceptiones tales differri poſt lit. ɔteſt. qꝛ tunc
abſolueret̄ re⁹ ſup pn̄cipali. vt ibi no. de q̄ in
ſpe. de excep. §. dicto ī vlti. carta. ¶ Ad haūt
vt obſtet exceptio rei iudicate plura hn̄t con
currere. vicȝ ꝙ idē ſit corp⁹ ſeu q̄ntitas. idem
mod⁹ petendi. eadē ɔditio pſonaꝝ. Et ꝙ re⁹
poſſedit tp̄e ſn̄ie rem petitā ab eo. vt no. in. c.
penul. de exceptōib⁹. ⁊ in alle. c. j. de lit. cōteſt.
Item ad validitatē ⁊ efficaciaȝ exceptionis
tranſactōnis requirit̄ ꝙ tranſactio tenuerit.
Unde poteſt actoꝛ ɔtra p̄dictas exceptiōes
replicare. ſic dicēdo. Procuratoꝛ talis acto
ris replicādo ɔ̄ p̄tenſas exceptōnes talis rei
ꝓponit et dicit. ꝙ lȝ al's inter partes ſup eadē
re vel eodē debito fuerit corā tali litigatum.
et ſn̄ia lata diffinitiua nec ꝑ appellatiōem ſu
ſpenſa. Quia tn̄ ille coraȝ q̄ ptes litigabant
nullā habuit iuriſdictionē. ergo ſn̄ia diffini-
tiua q̄ ꝑ eū lata fuit eſt nulla. Ex tali cā actoꝛ
tūc vel rem vel debitū petebat. ex alia cauſa ł
agendi mod⁹ eſt variat⁹. qꝛ tūc ad hͦ agebat̄
nūc agit̄ ad illōd. ꝛc. Uel trāſactio p̄aſſerta do
loſe eſt inita ⁊ nulla ex tali cā. ꝛc. De quibus
replicatiōib⁹ no. in alle. c. j. de excep. li. vj. et in
ſpe. de excep. §. dicto. v̄. hoc quoqȝ notādum
An iſte exceptiones priuilegiate opponi poſ
ſint poſt terminum dilatoꝛiarū. late tractat
Jo. an. in addi. ſpe. de dila. §. j. Et ſibi placet
ꝙ ſic per ratōnes quas ibi ad hoc adducit.
¶ Si vo nec p̄dicte exceptōes ꝑempto. reo
cōpetūt. ſed hȝ aliquā actionē ɔ̄ actorē p̄t eū
corā eodē iudice recōuenire. ſiue iudex ſit oꝛ
dinari⁹. ſiue delegat⁹. de mut̄. pet̄. c. j. ꝺ reſcꝑ.
diſpendia. li. vj. Offerat ergo re⁹ tūc actoꝛi li.
recōuentionalē an̄ lit. ɔteſt. qꝛ recōuentio hȝ
fieri an̄ lit. ɔteſt. poſtea nō hȝ locū recōuētio
ſcilȝ poſt lit. ɔteſt. niſi p̄miſſa an̄ lit. ɔteſt. pro
teſtatōe de recōuentōe faciēda q̄ fiat poſt lit.
ɔteſt. in cōtinenti ſm̄ cōmunē opinionē do
ctoꝝ. lȝ Bern̄. et Inno. videant̄ dicere eā fie-
ri poſſe et poſt lit. ɔteſt. ⁊ ante ɔcluſionē cau
ſe. que opinio cōmuniter reprobat̄. vt no. ī
alle. c. j. de mut̄. pet̄. Quia recōuentio vt dic̄
Jo. de lig. eſt v̄bū reſpectiuū ɔcernēs ɔuen-
tionē. ⁊ reſpectiua ſūt ſimul tp̄e. Etiaȝ ꝓbat
hoc ordo rubricarū. ꝛc. Et tūc oblato libello re
cōuentionali hmōi cauſe ſic iure ɔuentiōis
et recōuentōis illa a te viciſſim ſcilȝ mutuis
vicib⁹ tractande ſunt ⁊ ſimul vna ſn̄ia termi
nande. de oꝛ. cog. c. ij. v̄. nos aūt. ⁊ in. c. j. iā all'.
ita ꝙ lit. ɔteſt. ſup libello actoꝛis ꝑ reū. Actoꝛ
et ſtatim ɔteſtabit̄ litē ſup libello rei. Et p̄mo
iurabit̄ ſup ɔuentōe. ſcd̄o iurabit̄ ſup recon
uentiōe. ⁊ ſic de alijs terminis ⁊ actib⁹ ī cau-
ſis hmōi obſeruādis ⁊ fiendis. vt ibi no. Si
tn̄ iudex aliter q̄ȝ ꝑ reconuentionē eſſȝ iudex
circa obſeruatōeȝ talis viciſſitudinis ſibi la-
xioꝛ eſt habena. de q̄ ꝑ Jo. an. in addi. ſpe. de
recōuentōne. §. videndū. Si aūt reus negle
xerit actorē recōuenire an̄ lit. ɔteſt. vel in cō-
tinenti poſt lit. ɔteſt. p̄teſtatiōe p̄us facta. vt
dictū eſt. tūc ſi cā pendet corā delegato ⁊ re⁹
vult actoꝛi mouere actionē. qꝛ hͦ non p̄t via
recōuentionis. opoꝛtet eū reſcriptū ad eū dē
iudicē impetrare. vt in dicto. c. diſpēdia. §. re-
us q̄ȝ. Sed ſi cā eſt corā oꝛdinario. tūc reus
poteſt actorē corā eo recōuenire q̄ncūqȝ eſt
oꝛdinari⁹ ptis vtriuſqȝ. ſȝ tūc ceſſabit viciſſi-
tudo ꝓceſſ⁹. qꝛ q̄libȝ lis tūc currit in arte ſua
In certis tamen caſib⁹ non admittit̄ recon
uentio. vt ſi actoꝛ conuenit reum poſſeſſoꝛie
ſcȝ interdicto vnde vi. non poterit actoꝛ ꝑ re-
um recōueniri niſi de alia ſpoliatōe. vt ī. c. vl
ti. de oꝛ. cog. Et ibi etiā de ſpoliatōe in modū
exceptionis oppoſita. et in. c. ij. de oꝛ. cog. ⁊ in
ca. frequens. de reſti. ſpo. li. vj. Hoc veꝝ acto
re inuito. ſed eo ɔſentiente procedit reconuē
tio. vt de reſti. ſpo. c. j. Et caſus in quib⁹ locū
non habet recōuentio. no. ꝺ arbi. cū dilectus.
et in glo. ſup ea. An autēȝ actoꝛ debeat habe
re inducias deliberatoꝛias ſup libello rei cō
uentionali. no. de mut̄. pet̄. ca. j. Et dicit̄ ꝙ ſic
ſi voluerit. Unde malicioſi aduocati reoꝝ
adueniente termino quo debēt reſpondere
libello actoꝛis ſi deficiūt eis exceptiones ad
protelandū et differendū lit. ɔteſt. poꝛrigunt
libellum recōuentionalē. vt ſic nō reſpōdeat
libello actoꝛis donec actoꝛ eoꝝ libello ſe pa-
ratum offerat reſpondere. et ſic ſi actoꝛ velit
ſtatim reſpondere renunciando deliberato
rijs predictā malicia nō iuuabit.